GEOGRAPHIA
CL. PTOLEMAEI
Alexandrini

Olim a [illegible] trāslata, at nunc multis codicibus græcis collata, pluribusque in locis ad priſtinam ueritatem redacta

A IOSEPHO MOLETIO MATHEMATICO.

Addita ſunt in primum, & ſeptimum librum ampliſsima eiuſdem commentaria, quibus omnia, quæ ad Geographiam attinent, & quæ prætermiſſa ſunt a Ptolemæo declarantur: atque nominibus antiquis regionum, ciuitatum, oppidorum, montium, ſyluarum, fluuiorum, lacuum, cæterorumque locorum, appoſita ſunt recentiora.

Adſunt LXIIII. *Tabulæ* XXVII. *nempe antiquæ, & reliquæ nouæ, quæ totam continent terram, noſtræ, ac* Ptolemæi *ætati cognitam,* Typisq; *æneis excuſſæ.*

Indices rerum quæ tractantur copioſiſsimi.

CVM PRIVILEGIIS.

VIN CENT

VENETIIS,
APVD VINCENTIVM VALGRISIVM,
M D LXII.

ALOYSIO CORNELIO
CARDINALI
REVERENDISS. ATQVE ILLVSTRISS.^mo

IOSEPHVS MOLETIVS MATHEMATICVS.
S. P. D.

QVAM utilis & neceſſaria, Cardinalis reverendiss. atque Illvstriss. ſit cognitio Geographica, ijs ſolum iudicandum relinquitur, qui lectitant hiſtorias: præter quòd ſtudium Geographicum, utilitatem, delectationemque maximam, omnibus præbeat ſtudioſis. Cum enim hiſtorica facultas, ſit rerum geſtarum narratio, quæ quidem præter cætera, tempus & locum ita requirere uidetur, quòd ſine eis, ſit quaſi corpus exanimatum, concedendum neceſſe eſt, cognitionem temporum & locorum, (quæ uerò cognitio locorum geo graphica narratio eſt) perneceſſariam eſſe hiſtoricæ facultati. Tempus enim & locum, ſunt differentiæ propriæ, inter hiſtoriam fabulamque. Fabula etiamnum, eſt rerum geſtarum quædam narratio, ſed falſa: & omnia quæ hiſtoria requirit, fabula etiam præter tempus & locum poſtulat: Quæ, etſi a fabula obſeruantur, tamen, neque tam ſedulè, neque tam exactè inquiruntur, imò ſæpe prætermittuntur. Ex iſtis quippe ſequi uidetur, hiſtoriam animari, & conſtitui, a tempore & loco. Age nunc. Cum hiſtoria ſit uitæ magiſtra, teſtis temporum, ueritatis lux, actionum memoria, præteritæque ætatis nuncia, ſequitur, utilem, neceſſariamque hiſtoriam generi humano eſſe. In qua, tanquam in ſpeculo, ſemper inſpiciendum eſt, ab eaq; ſumenda uenit rerum agendarum menſura; ut neque abiectus ab aduerſa fortuna, neque a ſecunda ſuperbus fiat. Mox inferas. Si cognitio totius compoſiti, utilis, neceſſariaque exiſtit; & cognitio partium illius, utilis, atque neceſſaria erit: Quoniam, ſi cognitio totius animalis utilis & neceſſaria uidebitur; & cognitio animæ, uel corpo ris tantummodo utilis, neceſſariaque perſe (uti ab Ariſtotele annuitur) concedenda erit. Cum igitur Geographia ſit pars eſſentialis hi-

 ſtoriæ;

storiæ; concludendum necesse est, eam per se, utilem,& necessariam esse. Nulla enim fuit unquam, neque est tam barbara natio, quin optet scire suæ antiquitatis tempus; atque proportionem loci eius cũ reliquis terræ. At uerò nunc, an tempus, uel locum, sit magis historiæ necessarium, non facile iudicatur. Est enim cum iis partibus historia, tanquam homo, qui ad rectam perfectamque deambulationem, duobus indiget cruribus, quorum alterum si deerit, claudicans inambulabit: tempus autem & locum, crura sunt historiæ, si horum alterum tollatur, clauda efficitur historia. Est, ut concludamus, Geographia utilis necessariaque (uti diximus) per se, atque historicæ cognitioni: sed non solum historicæ peritiæ, uerumetiam omnibus scientiis, artibusque. Geographia enim maximè necessaria existit studio Theologiæ: eo quod, cum ea, quæ continentur in sacris libris, præter leges, dogmataque diuina, sint historicæ narrationes,& iam ostensum est, Geographiam utilem, & necessariam esse historiæ, sequi ergo necesse est, eam theologiæ studio, perutilem, pernecessariamque fore. Quòd etiam utilis, & necessaria sit medicæ arti, scripta Hippocratis, Galeni, cæterorumque illustrium medicorum, testantur: distinguit enim Geographia climata, ac ostendit qualitates locorum; quibus medicina, ad dignoscendas qualitates humanorum corporum, cæterorumque animalium, plantarum, & mineralium, indiget, & utitur. Naturali philosophiæ, non solum utilis, uerum etiam est necessaria: Platonis, Aristotelis, reliquorum præstantium Philosophorum opera, obscurissima relinquerentur sine Geographica cognitione. sine ea, nulla esset mercatura, neque nauigandi ars, quæ quantum omnibus prosint, probi uiri iudicent. Est denique Geographia, omnibus scientiis, artibusque perutilis & necessaria: Perutilis nempè, ad earum intelligentiam: & pernecessaria, propterea quod si cognitio Geographica non esset, scientiæ malè remanerent intellectæ. Ab hac intelligentiæ utilitate ducti Strabo, Hypparcus, Eratosthenes, Pomponius Mela, Solinus, Plinius, alijque, condiderunt Geographica uolumina; Omnibus tamen præferendus est C L. Ptolemæus Alexādrinus Geographorum princeps: ij enim scripserunt Geographicam historiam, sine longitudine & latitudine, atque sine comparatione cum cœlo. Qua propter, Geographia, aut tantum accommodatur historiæ, & tantum ei inseruit, quantum rerum gestarum narratio, pro loci assignatione flagitat: aut simul cum historia ita unitur, quòd non facile cernere est, an narratio sit historica uel Geographica absoluta; aut describuntur & demonstrantur

ſtrantur tantummodo regiones & loca. Primo modo, pertractatæ ſunt Liuianæ hiſtoriæ,& aliç permultæ; in quibus, loca nominantur, ad clariorem actionum intelligentiam. Secundo modo, conſcriptç ſunt, Strabonis, Melç,& aliorum hiſtoriç: quibus explicantur loca, moresque ſimul. Tertia enim uia, deſcriptç ſunt enarrationes Geo graphicæ Ptolemæi, in quibus, ſitus tantummodo locorum oſten-duntur, regionesque diuiduntur, cum cœlo comparantur, ac ſub debita longitudine latitudineque collocantur, tali tamen ordine, quòd ſtatim per eas cognoſcitur ſitus, poſitioque cuiuſcunque loci, non ſolum terrç cognitç eius çtati,ſed etiam noſtrç. Qm̃ enim,per ea quæ ipſe in primo huius uoluminis libro docet, nosq; ampliauimus & declarauimus,quiſquis fuerit ille, non omnino ignarus Aſtrono-miæ,poterit ab hiſtoria itinerum,nauigationumq;, ſumere loca,eaq; ſub eorum proportionata longitudine & latitudine conſtituere, id, quod non facilè accidit fieri, atq; intelligi, per ſupradictorũ geogra-phorum uolumina. Hunc Ptolemæi librum, Cardinalis Reueren diſſime atque Illuſtriſsime nos correximus, pluraque loca primi & ſeptimi,quæ deprauata & corrupta erant, ad priſtinam ueramque au thoris ſententiam reduximus, ita quòd (ni fallor)nulla erit amplius in eo, quò ad traſlationem difficultas: atque nominibus antiquis re liquorum librorum, addidimus, ubi potuimus, recentiora; atque etiam, ea quæ ad perfectam completamque Geographicám cogni-tionem pertinét, appoſuimus: ita quòd poterit unuſquiſque,multis modis, nouam condere Geographiam. Adiectæ ſunt etiam præter uiginti ſeptem tabulas antiquas, quæ terram cognitam Ptolemæi continent, triginta ſeptem nouæ,non à nobis,ſed ab alijs deforma-tæ & erectæ, typisque æneis impreſſæ; hæ quidem, totam terram, noſtræ ætati cognitam, continent. in harum tergo, nos, ea breuita-te qua potuimus, res perutiles, atque neceſſarias hiſtoricæ cognitio ni adſcripſimus. Confecimus denique aſsiduis uigilijs, Indicem copioſiſsimum, quòd uix inuenire in Ptolemæo licet uerbum, quin non reperiatur in eo: qui quidem ſimul cum toto uolumine, quantũ ſtudioſis profecerit, eis iudicandum relinquo. Hunc igitur librũ, tot ornatum rebus, quot nunquam antehac (meo quidem iudicio) ornatus fuit, neque ad tantam perfectionem redactus, multis de cauſis tibi, Cardinalis Reuerendiſsime & Illuſtriſsime dicare decre-ui. Quia, præter ea, quæ Nicolaus Zeno tuus affinis, vir Clariſs. Senator prudentiſs. hiſtoricus,Geographusque peritiſsimus, atque etiam præter ea, quæ Benedictus Cornelius uir clariſs. ac humaniſs.

mihi

mihi sæpe, optimorum tuorum morum, ac perfectæ naturæ tuæ, dixit; atque præter ea, quæ de tua uirtute, integritate uitæ, ac perfecta animi qualitate, ab omnibus prædicatur ubique; quæ omnia, post obseruantiam & affectionem meam; conceptam erga te, fuerunt in causa, ut diù quæritans cogitaui quo modo hanc obseruantiam, affectionemque tibi ostenderem: Cum liber, ex se dignus, nobilisq; existit, dicandus erat uiro nobili necnon digno. Cum ergo considerarem tuam nobilitatem dignitatemque, inueni te, non solum nobilem ac dignum, uerum etiam nobilissimum, atque dignissimum; & Corneliorum familiam, non solum, nulli aliæ uenetæ postponendam, sed omnibus Italiæ anteferendam. Corneliorum enim familiam, cum sit una illarum nobilium, quę ingluuiem barbarorum fugiēdo, Venetias condiderunt, & cum ciuitatis nobilitate, nobilis semper permansit, sequi necesse est, te nobilissimum & Clarissimum à nobilitate ciuitatis, ac familiæ esse. Sed si Corneliorum familiam non esset tam antiquissima & nobilissima, sufficerent Duces, Procuratores, & Cardinales, qui non multos ab hinc annos fuerūt, eam reddere nobilissimam, clarissimam ac illustrissimam. At quid dico Procuratores, & Cardinales: non ne Chaterina soror Georgii Cornelii aui tui, fuit Cypri Regina? adde id quod Georgius Cornelius auus tuus, erga rempublicam gessit, non solum memoriæ mandandum esse, sed etiam fore marmoreis, adamantinisque lapidibus cælandum, atque sculpendum; omnibusque historijs inscribendum, ad futuram posteritatis memoriam. Is enim, potuit Cypri Rex esse, & omnes sui; uerùm, potiùs uoluit, ut regnum reipublicæ subesset, sororem, ut illud dominio renunciaret, orando, imo eam fraternis admonitionibus cogendo. relinquo incommoda itineris maritimi in hyberno tempore, pericula maxima procellarum quæ passus est; omnia enim leuia erant apud inuictissimum ac generosissimum animum suum; ac patriæ amore & caritate leuiora efficiebantur; hoc igitur factum, tantum est aliis anteponendum, quantum quieti, & otio, sine sanguinis effusione, ac bonorum dispendio, poterat, noluitque rex esse. Cum igitur tu nobilis sis ex familiæ nobilitate, ac nobilissimus te tuis uirtutibus, elegantioribusque moribus reddas, (tanta enim est suauitas tuorum morum, animi affabilitas ac ritas & præstantia ingenij, quòd omnes ferè homines, ad tui contrahis amorem) optimam ego elegi partem, ac iudiciosissimè me gessi, tibi nobilissimo dignissimoq; uiro, atq; omnibus bonis tam animi quā fortunæ ornato, hoc nobilissimum dicare opus, sic equidem, id quod

ad me

ad me attinebat, atq; meum erat, peroptimè confeci. Et quemadmodum ego tibi dono, atque maxima affectione descriptionem totius orbis sacro, ita certè vaticinium erit, mundum uoluntariè se subiturum pedibus tuis, te maiori hominum dignitare ornando, sub quibus auspiciis, atque imperiis, nemo dubitat, rediturum esse aureum seculum, felicitatemque Italiæ. Hæc, quemadmodum ab omnibus optantur, & ut succedant, DEVS OPT. MAX. Oratur, ipse Clementissimus, faciat, ut nobis sub tuo felici numine, feliciora eueniant. Mihi uero id solum reliquum est, te, Cardinalis Reuerendissime & Illustrissime rogare, ut munus hoc, quod tibi mitto, hilari & regio vultu, ut soles, accipias. Venetijs, Cal. Ianuarij M D LXII.

CLAVDII PTOLEMAEI
ALEXANDRINI
GEOGRAFICAE ENARRATIONIS LIBER PRIMVS.

In quo differat geographia à Chorografia. Caput primum.

GEOGRAPHIA *imitatio est picturæ totius partis terræ cognitæ, cum ijs, quæ sibi quasi uniuersaliter sunt annexa. Differt autem à Chorographia, nam illa per partes loca resecat, seorsumq; singula & unumquodq; iuxta se constituit, ac ferme omnia etiam minutissima illa quæ deprehēdere possumus describit, ueluti portus, uicos, populos, necnon à primoribus fluminibus, diuertigia, & his similia. Geographiæ autem propriū est, unam & continuam terram cognitam ostendere, quemadmodum se habeat natura & positione, eaq; solum in omnino deprehensibilioribus uersatur descriptionibus, ueluti sinuum, & ciuitatum magnarum, gentium quoq;, & fluuiorum, necnon circa ea, quæ secundum speciem uniuscuiusq; sunt insigniora. Porrò finis Chorographicus connexione particulari continetur, ueluti si quis aurem tantum aut oculum imitetur. Geographicus autem contemplatione totius, proportionaliter ijs, qui integrum caput describunt. Etenim omnibus quæ supponuntur præcipue imaginibus, partes necessario atq; in primis adaptantur, ac etiam picturas excepturæ sunt, distantijs, sufficienti remotione oculorum commensuratæ esse debent, siue perfectum sit quod pingitur, siue particulare, quo cuncta sensibiliter percipi ualeant: rationabiliter simul & utiliter sequutum est, ut Chorographiæ minutissimæ proprietates, Geographiæ autem regiones ipsæ cum ijs quæ uniuersaliter eis adiacent, attribuantur. Quoniam & primariæ orbis partes, regionum nempe situs, tam magnitudine quàm mensuratione recte sunt coordinatæ. At inter has ipsas ut sese habeant, quamplurimæ sunt differentiæ. Versatur autem Chorographia ut plurimum circa quale magis disponendum, quàm circa quantum: siquidem ubiq; qualitatis curam gerit, at non ita commensurationis positionum. Geographia autem circa quantū magis, quam circa quale: quandoquidem in omnibus diligentem proportionis*

distantiarum rationem habet: similitudinis uero usq; ad maximarum partium circumscriptiones, & iuxta figuram ipsam tantum. Vnde illa quidem locorum eget pictura, nemoque eam recte exercebit, nisi uir pingendi gnarus: hæc uero nequaquam, nam per lineas etiam tenues ac denotationes tantum, positiones & uniuersi figurationes ostendere potest. Quapropter illa quidem haudquaquã mathematico indiget instituto, hic uero pars ea præcipue requiritur. Considerare enim oportet, & totius terræ figuram ac magnitudinem, nec non situm eius ad cœlum, quò cognita ipsius pars, quanta sit, & qualis, recenseri poßit, insuper & loca eius singula, sub quibus cœlestis sphæræ sita sint parallelis, ex quibus & noctium & dierum magnitudines, & quænam stellæ fixæ uerticales fiant: & quæ super terram, quaq; sub terra ferantur semper: ac omnia quæ de habitationis ratione connectimus, percipi possunt. Quæ cuncta sublimissimæ ac pulcherrimæ sunt speculationis, quum humanis deprehensionibus, per Mathematicas rationes ostendi possit, quo pacto cœlum ipsum natura se habeat, quoniam nobis magna ex parte conspicuum esse potest. Terra autem per imaginẽ, quia licet certa sit & maxima, non tamen nos circumambit, neq; tota simul, neque particulatim ab eisdem hominibus peragrari potest.

IOSEPHI MOLETII IN Claudij Ptolemæi primum librum Commentaria.

PRiusquàm ad explicationem terminorum artis Ptolemæus accedat, eam & recte meo quidem iudicio definit: quia, cum ipsius intentio sit de Geographia differere, non poterat suã adimplere intentionem (supposita Geographia) nisi prius definiret artem de qua institutionem proposuerat. Omnis enim (inquit Cicero in principio primi Officiorum) quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci: ut intelligatur quid sit id, de quo disputetur. Hac ergo ratione, coactus autor inquit. Geographia est imitatio picturæ. Est igitur Geographia imitatio, non est pictura; Omnis enim imitatio imitata re est imperfectior. Pictura enim non solum lineationibus, sed adumbrationibus & uariis coloribus suum imitando naturam complet opus, Geographia uerò sola lineatione, suum uel Globum, uel planam terræ descriptionem facit. Geographo enim sufficit assignare solis lineis & punctis, (seruata tamen uel Geometrica, uel Astrologica, siue Metheoroscopia ratione,) totius cognitæ terræ & aquæ, & ipsius particularium locorum situm & positionem: & in hoc Geographia imitatur picturam; in aliis autem non. Quemadmodum.n.pictor, dum intendit pingere hominis caput, prius aliqua lineatione & punctatura, fingit sub debita ratione, principaliores partes, siue uestigia ipsius capitis; ita & Geographus: sed id quod pictor postmodum coloribus, & adumbrationibus facit, Geographus relinquit. Ea autem picturæ pars, quæ à Geographo relinquitur, à Chorographo sumitur;

sumitur; ideo subiungit autor, quòd Chorographia differt à Geographia; quæ quidem differentia, exactè ostendit proprietates ipsius Geographiæ, ac etiam Chorographiæ, & Topographiæ. Verum animaduertendum est, quòd omnis Chorographia maxime indiget pictura, sine qua esset imperfecta. Est enim Chorographia descriptio, coloribus, adumbrationibus, & mensuris, alicuius loci: & inter eam, & Geographiam, aliquod est commune, & aliquæ extant differētiæ. Commune est quòd tam Geographiæ quàm Chorographiæ subiectum est Terra, sub diuersa tamen ratione considerata. hæ autem considerationes, differentiæ sunt inter ipsas, quæ quidem numero extant quatuor. Quarum prima est quòd Geographus totam considerat terram, & partes ad eam relatas, secundū quantitatem, & debitam ad totius telluris ambitum proportionem, dispositionem, & mensuram. Chorographus autem partes tantum, nulla habita relatione ad totam terræ molem. Secunda autem est quòd Geographus considerat figuram ipsius terræ, & quomodo sita est, & se habeat erga suas partes, & Cælum; & sub quibus parallelis Cælestis sphæræ, partes eius locatæ sint. hac de causa Geographia indiget Mathematico discursu. Chorographus omnia hęc prætermittit, ideo Mathematica non indiget. Tertia uerò, quòd Geographus in terræ descriptione, nullam facit inquisitionem qualitatis absolutæ locorum, sed quantitatis: non enim explorat ipse, an culta, uel inculta sint loca, an arbores, uineæue ibi sint, an arboribus, uineisq; careant, nigra an alba sit terra, arenosa uel inarenosa, an nimis humida, & ab aquis cooperta, (ut erant loca montis Silicis castri apud Patauium; quæ industria, & prouidentia Clarissimi Viri Nicolai Geni, optimi frumenti, cæterarumque rerum sunt fæcunda) an sicca. quæ quidem res sine pictura, coloribus, & adumbrationibus, nunquam ostendentur, & cum à Chorographo diligentissimè considerantur; sequitur oportere Chorographum picturæ cognitionem habere. Hinc est Chorographiam magis circa quale quàm circa quantum uersari, Geographiam contrà. Circa quantum uersari dicitur ars, quando sola ipsius rei quæritur magnitudo, ut si quanta sit alicuius arcæ magnitudo quæratur, sine quærere an lapidea, ligneaue, Cubica, uel Paralellepida, an alterius figuræ sit. Circa quale si hæc omnia præter magnitudinem. Quando autem dicitur magis circa quantum, intelligendū est per magis, accuratius quærere quantitatem, quàm qualitatē: non quòd Geographus non consideret etiam qualitatem: implicaret enim contradictionem, cum Ptolemæus dixit Geographum speculari figuram terræ, est enim figura qualitas ut habetur à prædicamentis. non secus habenda est ratio de Chorographia. Quarta porrò differentia est, quòd cum Geographia circa lineamenta & puncta consistere uideatur, perspicuum sit, eam aliquam habere similitudinem cum Ichnographia. est enim Ichnographia (Vitruuio definiente) ea uel architecturæ uel alterius artis pars, quæ prima facit alicuius Aedefitii uel alterius rei in superficie aliqua lineamenta, siue quòd Italice dicitur, far la Pianta, la Bozzatura, & similia. Verum Chorographia affinitatem habere uidetur cum Sciographia. quæ est umbris & continua symmetria, alicuius rei, tam planæ quam eleuatæ in aliqua superficie formatio; ita quod figuratio similis oculis appareat rei figuratæ. Hac descriptione utuntur Iudices causarum, ut dissoluere sciant difficultates alicuius Villæ, Aquæ, Agri, ac etiam Domus, uel cuiuscunque rei uersantis inter litigatores. Italice autem dicitur far un disegno, & tor indisegno. Manifestum relinquitur ex hoc Hyspaniæ, Galliæ, Germaniæ, Italiæ, Siciliæ, alicuiusue regionis descriptio, minimè nuncupari posse Chorographia, nisi modo (ut aiunt) largo sumatur. Siquis enim describere uoluerit aliquam harum regionum, utitur ratione ad totam terram, & Cælestis sphæræ parallelos, & meridianos, nec describunt in ea minutiora loca, paruos montes,

Indiget G[…] Mathemat[…]

Circa qua[…]

Circa qua[…]

exiles riuulos, innotabiles Villas, minimosq; finus, quarum neque coloribus, neque umbris fit figuratio: quemadmodum Chorographia docere & requirere uidetur. Descriptio uerò Chorographica est ea, quæ apud superius citatum uirum Clarissimum Nicolaum, territorii Brixiani extat: in qua non solum omnes Montes, riuuli, Domus, Tuguria, & Viæ ut sunt coloribus ferè ornatæ, sed etiam arbores aliaque ferè omnia numerari possunt. Extat etiam apud eum tali diligentia descriptus, ager Veronensis, Bergomensis, Patauinus, Vincentinus, & quidam alii, Illustrissimo dominio Veneto subditi. siquis igitur has uiderit descriptiones, statim nouerit quid per Chorographiam intelligit Ptolemæus.

" *Considerare enim oportet & totius terræ figuram ac magnitudinem.*

Cum Ptolemæus dixerit Geographum indigere Mathematica, Chorographus autem minimè, statim reddit rationem cur Geographia utitur Mathematica, Quoniam inquit Geographus considerare debet figuram, & magnitudinē terræ, quomodo sita est erga cælum, climata, Parallela, quantitatem dierum, Astra transientia per puncta Verticalia, & reliqua, quæ primo & per se considerantur à Mathematico, siue ab Astronomo, & quanquam Geographus hæc considerat, ea accipit tamen ut demonstrata ab Astrologo.

" *Quæ cuncta sublimissimæ & pulcherrimæ sunt speculationis &c.*

Ait quòd cum sint ea quæ dicta sunt, subtilissimæ, & iucundæ speculationis, humanis deprehensionibus, scilicet obseruationibus, & Mathematicis rationibus, omnia demonstrare possumus. Ab eis postea quę à nobis obseruata sunt in cælo, possumus eius figuram, cum se circa nos uectat, ac ab ortu, & Occasu Syderum, Eclypsique lunæ, rotunditatem terræ concludere. Nec enim alia extat uia, qua figuram & quantitatem eius probare posimus, excepta ea, quæ à philosophis circa figuram, ratione grauitatis traditur. Quia terra non se circa nos uoluit, ut Cælū, nec est supra nos, ideo exceptis rationibus Astronomicis, per alicuius medii rationem, relinqueretur eius figura ignota. Parimodo magnitudo, nullo pacto ab absoluta peregrinatione dignosci potest, ut inferius docebimus, non potest enim neque ab uno, neque à pluribus tota circundari. Quò ad uisionem Cæli, perse notum est, quòd illis qui sub æquatore habitant, totum conspicuum, una reuolutione se ostendit. ab eis qui ab æquatore declinant, non totum conspicitur, & quanto magis homo ab æquatore declinabit, tanto minus cæli uidebit, ita quòd hi, quorum punctus uerticis est tocus, dimidium tantum semper cæli aspiciunt. ea pars cæli, ut manifesta sit res, inconspicua manet semper, quæ includitur à parallelo opposito ei, qui describitur à puncto sectionis horizontis obliqui, & meridiani regionis, uersus polum patentem. uel tanta occulta semper manet, quanta conspicua. & hæc in primo capite dicta sufficiant.

Quænam sint ad Geographiam præsupponenda. Cap. 2.

QVIS igitur finis sit eius, qui Geographiam exercere uelit, ac in quo differat à Chorographia, per hæc quasi summatim sit notatū. Cum uero impræsentiarū sit propositum, nostræ habitabilis describere orbem, ut quàm maxime cum ueritate congruat, necessarium arbitramur præmittere, peregrinationis historiam esse, quæ notitiam præstet ad institutionem

stitutionem talem, utpote quæ plurimum afferat cognitionis, ex traditione eorum qui præditi scientia speculatiua, regiones particulatim peragrarunt: quodque consideratio ac traditio hæc partim sit geometrica, partim uero superiorum constet obseruatione. Siquidem ad Geometriam spectat, quod per subtiles distantiarum dimensiones locorum inter sese positiones reddantur manifestæ: ad obseruationem autem superiorum, quod idem fiat per apparentia, ex instrumentis, quibus astra & umbræ obseruantur, quod & perfectius est & certius, alterum autem difficilius, ac illius indigens ope. Primum enim quum necessarium existat, ut supponatur, secundum utrunque modum, ad quamnam modi positionem, duorum locorum inquisitorum distantia uergat, (non enim simpliciter, aut solum hoc scire oportet, quantum locus unus distet ab alio, sed quonam uersus, hoc est, ut dicere sciamus, num ad septentrionem, aut ortum, siue ad partiliores eorum inclinationes tendat) impossibile est, exacte hoc considerare, absq; obseruatione, quæ per prædicta fit instrumenta, per quæ in omni loco ac tempore facile, & lineæ meridianæ positio ostenditur, & per ipsam ignotæ locorum distantiæ. Inde & hoc concedi necesse est, dimensionem, quæ per numerum fit stadiorum, haudquaquam certam nobis iuxta ueritatem præbere deprehensionem: quoniam raro in uias rectas incidere contingit, propter circuitus uarios, qui & euntibus & nauigantibus occurrere solent: & quia necesse est, ad rectitudinem inueniendam, id, quod in uijs, tam ex qualitatibus, quàm ex quantitatibus redundat, coniecturando tantum, ab integris subtrahere stadijs. In nauigationibus autem uentorum flatus, qui ut plurimum uires easdem haud seruant, ad dijudicandum penitus norma carent. Insuper licet distantia quædam inter duo loca emensa exacte cognita fuerit, non ideo tamen ratio ipsius ad totius terræ ambitum, nec positio, utrum ad æquinoctialem seu polos tendat, patebit. Dimensio uero, quæ fit per cœli apparentia, certam de singulis his cognitionem affert, ostenditq; qualesnam circunferentias inuicem per loca subiecta descripti, intercipiant circuli, paralleliq;, & meridiani: hoc est, paralleli circunferentias, quæ incidunt inter ipsos & æquinoctialem, meridianorum: illi autem eas, quę continentur ab ipsis, & æquinoctialis, & parallelorum: ac etiam qualem circunferentiam duo intercipiant loca, circuli illius, qui in terra maximus scribitur. Nihil deniq; stadiorum indiget dinumeratione, siue ad rationem earum partium, quæ à terra sunt, siue ad descriptionis circuitum uniuersum: sufficit enim supponere ambitum telluris in partes quotquot uoluerimus, per totidemq; partes ostendere distantias in circulis maximis, super telluris superficie descriptis. Sed forsitan ad diuidendum nostris dimensionibus totum ambitum, aut partes illius in subiecta ac nota interualla hæc minus sufficient. Ideo huius rei gratia solum, necesse fuit uiam quandam rectã adaptare circunferentiæ, quæ iuxta continentiam similis esset maximo circulo,

ac

Geographia est peregrinationis historia.

ac rationem huius sumere ad circulum qui fit ex apparentibus: stadiorum uero numerum, qui sub ipsa continetur, ex dimensione quę fit à parte data, sicque multitudinem stadiorum totius ambitus demonstrare. Cum enim ex mathematicis præsupponatur, continuam & terræ & maris superficiem, quasi per totas partes esse rotundam, & idem centrum habere cum sphæra cœlestium: sequitur etiam singulas ipsius incisiones communes, quæ ex centro in planum, necnon ex dictis emittuntur superficiebus, maximos in semetipsis facere circulos, angulosque in ipso plano ad centrum conclusos, similes circulorum intercipere portiones, distantiarum earum, quæ in terra sunt. Ac ideo quantitatem stadiorum, ubi directa fuerint, ex dimensionibus accipi posse: rationem uero quæ ad totum est ambitum ex ipsis quidem nullatenus, propter defectum pertingētiæ parabolæ. A simili autem circunferentia circuli cœlestis, recte sumuntur, quoniam ratio illius ad proprium ambitum deprehendi potest, eadem autem fit & à simili parte circa terram, ad circulum in ea maximum.

COMMENTARIA IN
Secundum caput.

POstquam Ptolemæus in capite præcedenti eam definiuit artem, quam in hoc opere pertractare intendit, in hoc secundo capite ut recte ordinate & philosophicè procedat, ostendere uult principia quæ eam constituunt. Quoniam quemadmodum omnis scientia, omnisq; ars, sua habet principia à sensu & ab experientia desumpta, quæ semper ab eo qui discere illam desiderat, concedenda sunt ut uerissima: parimodo conuenit etiam ut Geographia sua habeat principia à sensu accepta. Hac de causa igitur Ptolemæus hoc in loco ait quòd hi quorum scopus est describere cognitam terram, ita quod descriptio maximā habeat similitudinem cum terra cognita, oportet ut assumant pro principio & fundamento historiam Itinerariam: quæ Itinera facta sint uel ab uno uel à pluribus, non omnino ignaris scientiæ speculatiuæ; ut dum aliquam scribunt peregrinationem, nullam illarum rerum prætermittant, quæ cognitionem geographicam faciunt. Inquit postea quòd à proficiscentibus hæc historia duplici uia scribi potest. Quoniam aut mensurant itinera, capiendo etim positionem locorum, & sic confecta historia erit ea, quæ itineraria geometrica dicit. aut sumunt Astronomicis & Vmbratilibus instrumentis longitudines, latitudinesque locorum: & hæc historia uocabitur Metheoroscopia. Per positionem hoc in loco intelligitur pars mundi, seu Ventus, ad quem unus locus ab alio declinare uidetur. & ut clarius hæc intelligatur res, imaginādus est locus à quo aliquis discedit centrum alicuius circuli, in cuius circunferentia sint signati Venti, lineis uenientibus à centro, siue à loco à quo discedit homo: quæ quidem lineæ terminent Ventos principaliores in circuli circunferentia. Loca igitur ad quæ proficiscens tendit, aut erunt in lineis dictis, aut inter eas: supponendo tamen lineas uentorum, posse si opus fuerit in infinitum protrahi. is inquit Ptolemæus qui describere geometricè aliquod iter desiderat, non solum oportet sedule mensurare quot miliaria, stadia, uel alius numerus notæ mensuræ sit à loco à quo, ad locum ad quem, sed etiam scire conuenit plagam mundi ad quam, locus ad quem, à loco à quo declinat. Id nequit fieri sine prædicta imaginatione, quæ quidem præsupponit cognitionem lineæ Meridianę.

Quoniam

Quoniam si aliquis inquit sola distantia, sine positione, uellet aliquam terræ partẽ describere, nunquam ad optatum peruenire poterit. Quia quemadmodum tria loca constituunt inter se aliquam triangularem figuram, quam positionis uirtute dignoscimus, is qui sola distantia hæc loca uult describere, cogeretur scire quantum primus distat à secundo, secundus à tertio, tertiusque à primo: & quamuis tali distantia ita possint costituere loca, ut facerent triangulum, nunquam tamen regula, sed casu loca descripta haberẽt similitudinem cum locis terræ: quia situabit forsan locum secundum, qui deberet esse uersus orientem, uel occidentem, uel alium uentum primi, in parte opposita: ita intelligẽndum est de tertio. Id autem totum erit alienum à primo Scopo, qui quidem fuit tali uia describere terram, ut descriptio esset similis terræ propriæ. Indiget igitur historia geometrica positione, quæ uirtute instrumẽtorum Astronomiæ dignoscitur. ideo inquit Ptolemęus historia geometrica indigere Meteoroscopia. Nunc quomodo nauigationibus mensuretur iter, siquis petat, inter alios modos unus est qui numerando dies moræ in nauigatione, & iudicio cõsiderando uelocitatem nauis, uentorum uires & motus aquæ, metiendo postmodum iter unius diei, uirtute regulæ quatuor quantitatum, ducendo numerum stadiorum, uel miliarium, per numerum dierum deuenietur denique ad cognitionem totius itineris. Hac uia Ptolemæus usus est in hoc libro ad examinandam partem longitudinis, ac latitudinis terræ. Alius modus scribitur à Vitruuio libro, x, capite, 14, suę architecturæ. Quem locũ alias obscurissimum Daniel Barbarus Vir in Omni genere scientiarum consumatissimus explanauit. is fit machinis rotarijs, ad machinarum horariarum similitudinẽ. Hæ autem machinæ ita locatæ sunt in naui, quòd cum Nauis mouetur, mouentur etiam rotæ machinarum, hæ rotæ reuolutionibus earum, ostẽdunt exactissimè distantiam. & si uelocitate nauis mouebitur, & rotæ etiam proportionaliter mouebũtur, ita quòd rotarum motus, sequitur motum nauis. Hæc uia ut est ingeniosissima, ita meo quidem iudicio, utilissima, & necessaria. præter hos is modus qui Geometricis instrumentis fit, dum loca conspici possunt, & distantia non sit nimis longa, optimus est. His medijs terrestria Itinera dimetiri possunt, animaduertendo obliquitates uiarum, montuositatem, & planitiem. Insuper addimus, quòd cum decempeda id fieri etiam potest. etiam interrogando ab incolis distantiam locorum, considerata tamen quãtitate mensuræ, & proportionata suis miliaribus, uel stadijs. Geometrica descriptio (dicit Ptolemæus) longe inferior est descriptione quæ fit per Meteoroscopiam; Quoniam quamuis per eam possimus scire quo pacto loca situata sint, & qualem seruent inter se positionem, non tamen ex hoc sequi uidetur nos scire, quomodo sint posita erga cęlum: nempè an sint æquatorẽ uel polos uersus, nisi per aliquã contigentem & non omnino uerã coniecturam. Insuper per eam non possumus deuenire in cognitionem totius telluris ambitus, rem per utilem & necessariã rebus astronomicis. Meteoroscopia autem, nos certiores facit de circuitu terræ, & sine cognitione distantiæ, solis longitudinibus, & latitudinibus, ostendit situm & positionem locorum, & quomodo se habent erga cælum, & inter se.

,, *Nihil deniq; stadiorum indiget dinumeratione. &c.*

,, *Sed forsan ad diuidendum nostris dimensionibus. &c.*

Quid Ptolemæus in is locis intelligat in sequẽtibus cõmentarijs declarabitur

,, *Cum enim ex mathematicis præsupponatur, continuam & terræ & maris superficiem &c.*

Quod terra & aqua unum constituant Globum, & una & continua sit eius superficies, & quod centrum huius Globi sit centrum totius uniuersi, & immobilis quiescat Globus hic, ostenditur a Ptolemæo in primo libro suæ Magnæ Constructio-

ſtructionis, ſiue Almageſti certiſsimis demoſtrationibus. reliqua huius capitis in commentarijs ſuccedentis capitis declarabuntur. Nunc non abſurdum mihi ui detur patefacere aliqua neceſſaria, inſtitutioni Geographicæ; quæ cum intelle-cta fuerint, facilior erit progreſſus ad reliqua. At cum maior geographiæ pars, ab inſtitutione ſphæræ pendere uideatur, nonnulla quæ ad ſphæram pertinent, di-cenda ſunt.

Ea quæ pertinent ad ſphæram.

SPhæra eſt figura ſolida, comprehenſa una ſuperficie, ad quam ab uno eorum pũctorum quæ intra ſphæra ſunt, omnes rectæ lineæ ductæ, ſunt inter ſe æqua les. Illud autem punctum centrum eſt ſphæræ. Axis uerò eſt recta quædam linea per centrum ducta & utrinque terminata in ſphæræ ſuperficie: circa quam quieſcentem circumuoluitur ſphæra. Poli ſphæræ ſunt extrema ipſius axis pũ-cta. Hæc ad uerbũ ferè deſumpta ſunt à Theodoſii ſphæricorum primo. Si ſphæra plano ſecetur ſectio ſemper erit circulus. Circulorum qui in ſphæra ſunt, qui per centrum ducuntur maximi ſunt: Aliorum autem illi inter ſe æquales ſunt, qui æqualiter diſtant à centro: qui uerò longius à centro diſtant minores ſunt. hæc à primo &,6, Theoremate primi ſphæricorum Theodoſii deſumpta ſunt. Iam oſtẽ ſum eſt à Ptolemæo ſupracitato libro, cælum ſphæricum eſſe. Hinc ſequitur cir-culos cæleſtes maiores eſſe, qui per centrum mundi incedunt, minores autem qui non per centrum. Ita intelligendum eſt de circulis terræ. Circuli autem tam ma-iores quam minores, tam cæleſtis quam terreſtris ſphęræ, uarijs dicuntur nomini bus, omnesve ab eorum officio denominantur. quorum ſufficiens diuiſio, in hac continetur tabella. ita confecta quod pauci imaginandi ueniunt in ſphæra circu-li, qui in ea non locentur.

Vniuerſalis circulorum ſphæræ diuiſio.

- Circulorum Sphæ-ræ aut ſunt.
  - Maiores aut
    - Incedunt per Polos Mundi: ut meridia ni, Coluri, horarij & quidam alij.
    - Tranſeunt per Polos Eclipticę, ut circu li ſignorum, & latitudinum.
    - Incedũt per Polos Horizontis ſiue per uerticalia pũcta, ut Verticales circuli.
    - Aequaliter circunferentia eorum ab his remouentur punctis. ut Aequator, Zo-diacus, Horizonq;.
    - Per communẽ meridiani horizontisq; obliqui erit eorum inceſſus. ut circuli poſitionum, horarumve inęqualium & quidam alij.
  - Minores aut
    - Sũt paralleli æquatori, ut declinationũ, latudinum regionum, & quidam alij.
    - Horizonti, ut Altitudines ſtellarum fi-nientes.
    - Eclipticę, ut latitudines ſtellarum termi nãtes & quidam alij.

Aequator circulus eſt maior omnibus parallelis deſcriptis circa polos mundi, diurna reuolutione.

Ecliptica

Ecliptica eſt circulus,maior omnibus parallelis deſcriptis circa polos, ſuos de ſcribiturque ab annua ſolis reuolutione.

Hi duo circuli ſeſe mutuo bifariam ſecant;quoniam In ſphæra, maximi circuli ſe mutuò bifariam ſecant.per.ii.primi Sphæricorum Theodoſii.Puncta autem ſectionis horum circulorum æquinoctialia ſunt. Puncta uerò maxime remotionis Eclipticæ ab æquatore,ſunt ſolſtitialia.Cum ſol accedit primis, æquinoctia facit; uernale temporibus noſtris celebratur ferè die, 10, Martij:autumnale uero die 12.ferè ſeptembris.Quum ſecundis ſolſtitia cauſabit,Aeſtiuum noſtris diebus ob ſeruatur die 13.ferè Iunij:Hyemale autem die 13.ferè decembris.

Horizon eſt circulus maior qui nobis partem conſpicuam,ab incōſpicua mūdi terminat;à quo terminator ſiue finitor dictus à latinis eſt.

Meridianus eſt circulus maior.tranſiens per Verticalem punctum,per mūdiq; polos,qui cum ſol ad eum peruenerit,habitātibus ſub eo,medietatem diei & noctis denotabit.

Hi duo circuli meridianus ſcilicet & horizon,ſe mutuo bifariam & ad angulos rectos ſecant: Quoniam ſi in ſphæra maximus circulus tranſibit per polos alterius maximi circuli,eum per æqualia & orthogonaliter ſecabit: per conuerſam 13.primi ſphæricorum Theodoſii.hinc ſequitur polos meridiani,in eo eſſe horizonte,cuius eſt meridianus.

Paralleli ſunt circuli minores circa polos maiorum circulorum quorum ſunt paralleli deſcripti.qui quo magis ad maiorem circulum accedunt, maiores exiſtūnt,minores uerò cum magis ab eo remouentur.Hæ definitiones Geophraphicæ inſtitutioni,& ſi non ſufficere uidentur,multum tamen afferent luminis. reliquorum circulorum, & terminorum ſucceſsiue, prout occaſio poſtulabit,declarabuntur.

Linea autem meridiana quæ ſit quomodoq; inuenienda,in ſequentibus demoſtrabitur. & hæc in ſecundo capite ſufficiant.

Qualiter à ſtadiorum numero alicuius diſtantiæ rectæ, licet non ſub eodem ſit meridiano,ambitus terreni ſtadiorum numeri accipiantur & econtra. Cap. III.

QVi ante nos fuerunt, non ſolum rectam aliquam diſtantiam in terra inquirebant,ubi maximi circuli facit circunferentiam, ſed eam quoque,quæ poſitionem in unius meridiani plano haberet:per Scioterosq; obſeruabant ſigna duo, quæ ſuper uerticem erant diſtantiæ,iuxta circunferentiam,quæ ſub ipſis intercipiebatur meridianis,quæ ſimilis eſſet itinere: quumque hæc ſingulatim,ut diximus,in plano conſtituebantur,lineæ rectę,quæ per extremitates ad ſigna,quæ ſuper uerticem erant,egrediebantur, inter ſe cōcurrebant, quia centrum circulorum commune erat coincidentiæ ſignum.Quanta igitur apparebat circunferentia,quæ inter ſigna erat uerticalia,ac pars eſſet circuli, qui per polos ſcribitur,tantam etiam ſupponebant in terra diſtantiam ambitus totius.Vnde ſi etiam non per polos circulum ſecundum dimenſam ſumpſerimus di-

ſtantiam,ſed à quolibet maximorum,propoſitum oſtendi poteſt.Idem nobis patebit,ſi per inſtrumentum,quo ſublimiora conſiderantur,eleuationes poli in terminis fuerint obſeruatæ,necnon poſitione animaduerſa,quam diſtantia ad alium habet meridianum. Per quod etiam Meteoroſcopium multa alia utiliſſima facile deprehendere poſſimus.præterea & quolibet die & nocte iuxta obſeruationis locum eleuationem poli Borealis omnique hora ſitum meridionalem,necnon habitudines declinationum ad ipſum,hoc eſt,quales faciat angulos per uiam deſcriptus circulus maximus cum meridiano, ad ſignum quod eſt ſuper uerticem, per quos ſimiliter quæſitam circunferentiam ex ipſo oſtendimus Meteoroſcopio: & eam quoque quæ inter duos intercipitur meridianos, quum alij fuerint quàm æquinoctialis paralleli. Ita ut per talem modum ſi ſolum diſtantia una recta in terra fuerit dimenſa,totus etiam numerus ſtadiorum,quos ambitus continet,inueniri poſsit. Per hæc inde reliquum,necnõ aliorum itinerum interualla,etiam ſine dimenſione cognoſcuntur,licet non penitus fuerint recta,neque ſub eodem meridiano aut parallelo conſtituta,dummodo id quod ad omnem inclinationem proprium eſt,diligenter accipiatur,pariter et terminorum eleuationes obſeruentur. Rurſus etiã per rationẽ circunferentiæ,quæ diſtantiam extendit ad circulum maximum, ſtadiorum quoque multitudo à deprehenſo totius terræ ambitu facile conſiderari poteſt.

COMMENTARIA IN *Tertium Caput.*

PTolemæus in hoc capite oſtendere conatur uiam,qua poſsimus per apparẽtia cęleſtia,ſiue per latitudinem duorum locorum & diſtantiam inter eos, cognoſcere totius telluris ambitũ. Sed quia hoc caput aliquã habet cũ præcedenti annexionẽ,ideo ante quam illud exponamus declarabimus aliqua præter termiſſa in capite præcedẽti.Primũ dicimus.quod breuiſsimus iter inter duo loco fit ſuper circunferentiam maioris circuli.hoc autem ſic demoſtrabimus.

Sit circulus maior terreſtris ſphæræ, K, F, H, & E,Cuius centrum C, ſit etiam circulus minor ſignatus in ſuperficie terræ, A,B, D.duoque loca ſint,A,& B,per quæ tranſeat alter circulus maior A,M,B. Diſtantia autem in circulo minori qui tranſit per loca ſignata ſit A, L, B,& in maiori A,M,B.Dico minorem eſſe diſtantiam A,M,B,Diſtantia A,L, B,Intelligatur,C,Cenrrum etiam minoris circuli:ducantur lineæ à puncto, C,per puncta,A, & B, & extendantur uſque ad E, &, F, circunferentiã maioris circuli.deinde a puncto E, ad punctũ F,ducatur linea & à puncto A,ad punctum B. Cum omnes rectæ à centro ad circunferentiam ſint æquales, per 15, definitionem primi Euclidis.

Euclidis.C,E,igitur æqualis erit C,F,& C,A,æqualis,C,B,& quia trianguli, E, C,F,Latera C,E,& C,F,secta sunt proportionalia ab A,B,linea cũ æqualia sunt & ab æqualibus æqualia secta & residua,æqualia erunt.linea igitur A,B,per secundam sexti Euclidis,parallela erit lineæ,E,F,Trianguli igitur C,E, F & C, A, B, æquianguli sunt, ob communem angulum qui ad,C,& æquales qui ad A, &,E,& B & F, per 29. primi Euclidis, Aequiangulorum triangulorum proportionalia sunt latera quæ circum æquales angulos,per 4,sexti Euclidis. igitur quemadmodum Latus C,A,lateri C,E,sic latus A,B lateri,E,F,sed quia ut latus C,A,lateri C,F,sic circulus A,B,D,ad circulum E,F,H,cum circulus ad circulũ sit ut diameter ad diametrũ, uel ut semi diameter, ad semidiametrũ. igitur circulus, A, B, D,Circulo E,F,H,erit ut linea,A,B,lineæ E,A,per,11.quinti Euclidis. Circulus ad circulum est ut simile segmentum ad simile segmentum. sicut enim est totũ ad totum,sic pars ad similem partem sed segmentum A,L,B, simile est segmento E, K, L, Cum ab uno contineantur angulo per ultimam tertii definitionem. igitur sicut linea A,B,lineę,E,F,sic segmentum,A,L,B,segmento, E, K, F, & quia circulus maior,A,M,B,æqualis est maiori circulo E,K,F,cum omnes circuli maiores in sphæra sint æquales & cum circunferentia A, M,B,minor sit circunferẽtia E, K,F,quia abscisa est à minore linea,si in ęqualibus circulis inęquales sumũtur circunferentiæ, circunferentia maior ad circunferentiam minorem maiorẽ rationem habebit,quam subtensa maioris, ad subtensam minoris. per se primam propositionem primi libri Epitomatis Ioãnis Regimontani, siue per nonum Almagesti Ptolemæi caput.igitur maior est ratio segmenti E,K,F,ad segmentũ,A, L,B,quam E,F,linea ad lineam,A,B:sed sicut linea,E,F,ad lineam A,B,sic ostensum est segmentum E,K,F,ad segmentum A,L,B, & segmentum igitur E, k, F, ad segmentum,A,L,B,minorem habebit rationem,quam ad segmentum, A, M, B, Ad quam porro magnitudinem,eadem magnitudo,maiorem rationem habet, illa minor est per decimã quinti Euclidis: A,L,B,ergo maior est A,M, B, sed A, L, B, ostendit iter factum super circulum minorem, & A, M, B, super circulum maiorem, ergo profectio breuissima duorum quorumcunque locorum, fit super circulum maiorem, quod demostrasse oportuit. Hoc Theoremate ostẽso tradere oportet uiam qua ambitũ terrę mẽsurare posimus,sed quia hoc per eleuationem Poli fit,igitur prius ostendamus oportet, artem inueniendi eleuationem Poli,siue latitudinem regionis. quę quidem latitudo sine altitudine solis & loco eius,stellarumq;fixarum, & eius in cælo situ, minime cognoscitur,igitur prius quid Locus solis,& stellarum,quidve Altitudo solis, & stellarũ quid regionis latitudo,Linea meridiana,& aliqua Geographo necessaria & utilia ostendebimus. Diximus supra solem cum annua reuolutione describere Eclipticam,quæ in duodecim partitur æquales partes quæ signa dicuntur,suntq; Aries Taurus,Gemini, Cãcer,Leo,Virgo,Libra,Scorpius, Sagittarius,Capricornus, Aquarius, & pisces. horum unumquodque in 30. diuiditur æquales partes quæ gradus nuncupantur,& quilibet gradus in, 60, minuta & quodlibet minutum in 60,Secunda & sic de singulis,ut in elementis sphæræ dicitur zodiacus 360. gradus cõtinet in circuitu,& omnis alius in sphera circulus in totidem diuiditur partes,siue maior siue minor circulus sit.Hæc omnia etsi facilia & puerilia uidentur illis tamen scribũtur,qui parum introducti sunt in Astrologica disciplina. Locus igitur Solis,uel stellæ,est punctus primi mobilis qui signatur à linea ducta à Centro mundi per centrum stellæ usque ad conuexam superficiem primi mobilis.At Motus siue longitudo stellæ est arcus Eclipticæ comprehensus inter duos circulos magnos, uenientes à polis Eclipticæ,quorum unus transit per primum punctum Arietis,siue per communem æquatoris & Eclipticæ sectionem; alter uerò per punctum dictum,siue locum stellæ. Quantus hic arcus fuerit,tanta erit longi-

Ars inueniend[i ele]uationem Poli

tudo ſtellæ uel tantum a primo arietis minuto diſtat,cum diſtauerit.Si ſtella fuerit in Ecliptica,arcus maioris circuli uenientis ab Eclipticę polis, & per centrũ ſtellæ ſiue per eius locum incedentis,inter Eclipticam & locum ſtellæ;erit latitudo ſtellæ.hæc latitudo denominata eſt à parte mũdi ad quod ſtella tendit q̃m ſi magis polum ſceptentrionalẽ ſpectat, dicitur latitudo ſeptẽtrionalis, ſi auſtrum auſtralis.ſed ſi ſtella non fuerit inæquatore,arcus maioris circuli uenientis à mundi polis,& per locum ſtellæ incedentis,inter æquatorem & locum ſtellæ,declinatio ſtellæ dicitur.Hæc parimodo à Polis denominatur, quoniam ſi ſtella fuerit inter æquatorem & polum mundi ſeptentrionalem dicitur ſeptentrionalis declinatio ſi inter æquatorẽ & polũ auſtralẽ,uocabitur declinatio auſtralis.hæc in ſole cũ in primo fuerit Arietis & Librę minuto nulla erit, & maxima in primo puncto Cãcri, & Capricorni. hæc temporibus Ptolemæi fuit gra.23.minutorum 50, æqualium maior circulus eſt 360.at nunc.23.& minuta 30,ferè.Sed quia ad obſeruandam altitudinem poli requiritur declinatio ſolis,quæ cum loco eius ſiue longitudo aut motus inuenitur,ideo prius uiam inueniendi motum ſolis ad tempus datum deinde declinationem ipſius oſtendebimus ſequentibus tabulis uia breui & facillima ſine numerorum labore.

Inclitæ ciuitatis Venetæ supputata.

	Ianuarius		Februari.		Martius		Aprilis		Maius		Iunius	
Dies	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M
1	20 ♑	41	22 ♒	13	21 ♓	15	21 ♈	43	21 ♉	40	20 ♊	14
2	21	43	23	13	22	15	22	41	21	37	21	11
3	22	44	24	14	23	14	23	40	22	35	22	8
4	23	45	25	15	24	14	24	38	23	33	23	5
5	24	46	26	15	25	13	25	36	24	30	24	2
6	25	48	27	16	26	13	26	35	25	27	24	59
7	26	49	28	16	27	12	27	33	26	25	25	56
8	27	50	29	16	28	11	28	31	27	12	26	53
9	28	51	0 ♓	17	29	11	29	29	28	20	27	50
10	29	53	1	17	0 ♈	10	0 ♉	27	29	17	28	47
11	0 ♒	54	2	17	1	9	1	25	0 ♊	14	29	44
12	1	55	3	18	1	8	2	23	1	11	0 ♋	41
13	2	56	4	18	3	7	3	21	2	9	1	38
14	3	57	5	18	4	6	4	19	3	6	2	35
15	4	59	6	18	5	5	5	17	4	3	3	32
16	6	0	7	18	6	4	6	15	5	0	4	29
17	7	1	8	18	7	3	7	13	5	58	5	26
18	8	2	9	18	8	2	8	11	6	55	6	23
19	9	3	10	18	9	1	9	9	7	52	7	20
20	10	4	11	18	10	0	10	6	8	49	8	17
21	11	4	12	18	10	58	11	4	9	46	9	14
22	12	5	13	18	11	57	12	2	10	43	10	11
23	13	6	14	18	12	56	12	59	11	40	11	8
24	14	7	15	18	13	54	13	57	12	38	12	5
25	15	8	16	17	14	53	14	55	13	35	13	3
26	16	9	17	17	15	52	15	52	14	32	14	0
27	17	9	18	17	16	50	16	50	15	29	14	57
28	18	10	19	16	17	49	17	47	16	26	15	54
29	19	11	20	16	18	47	18	45	17	23	16	51
30	20	11			19	46	19	42	18	20	17	48
31	21	12			20	44			19	17		

Residuum Tabulæ Radicalis ueri loci Solis pro anno 1560.

	Iulius		August.		Septem.		Octob.		Nouem.		Decemb.	
Dies	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M
1	18	45	18 ♌	21	18 ♍	23	17 ♎	59	19 ♏	9	19 ♐	44
2	19	42	19	19	19	22	18	58	20	9	20	45
3	20	39	20	17	20	20	19	58	21	10	21	46
4	21	36	21	15	21	19	20	58	22	11	22	48
5	22	33	22	12	22	18	21	58	23	12	23	49
6	23	30	23	10	23	17	22	58	24	13	24	51
7	24	27	24	8	24	15	23	59	25	14	25	52
8	25	24	25	5	25	14	24	59	26	15	26	54
9	26	22	26	3	26	13	25	59	27	16	27	55
10	27	19	27	1	27	12	26	59	28	17	28	57
11	28	16	27	59	28	11	27	59	29 ♐	18	29 ♑	58
12	29	13	28	57	29	10	28	59	0	19	1	0
13	0 ♌	10	29 ♍	55	0 ♎	9	29 ♏	59	1	21	2	1
14	1	7	0	53	12	8	0	59	2	22	3	3
15	2	5	1	51	2	7	1	59	3	23	4	4
16	3	2	2	49	3	6	2	59	4	24	5	5
17	3	59	3	47	4	6	4	0	5	25	6	7
18	4	57	4	45	5	5	5	0	6	26	7	8
19	5	54	5	43	6	4	6	0	7	28	8	10
20	6	51	6	41	7	3	7	1	8	29	9	11
21	7	49	7	40	8	3	8	1	9	31	10	13
22	8	46	8	38	9	2	9	1	10	32	11	14
23	9	44	9	36	10	2	10	3	11	33	12	16
24	10	41	10	35	11	1	11	3	12	34	13	17
25	11	39	11	33	12	1	12	4	13	36	14	19
26	12	36	12	32	13	0	13	4	14	37	15	20
27	13	34	13	30	14	0	14	5	15	38	16	21
28	14	31	14	29	14	59	15	6	16	40	17	23
29	15	29	15	27	15	59	16	6	17	41	18	24
30	16	27	16	26	16	59	17	7	18	41	19	25
31	17	24	17	25			18	8			20	26

Tabula æquationis in qua cum Bixeſtis tranſactis ingreditur.

Reuolutiones	Aequatio			Reuol.	Aequatio			Reuol.	Aequatio		
	G	M	2		G	M	2		G	M	2
1	0	2	4	31	1	0	4	61	1	52	2
2	0	4	8	32	1	1	56	62	1	52	42
3	0	6	12	33	1	3	48	63	1	54	22
4	0	8	16	34	1	5	40	64	1	56	2
5	0	10	20	35	1	7	32	65	1	57	42
6	0	12	24	36	1	8	24	66	1	59	18
7	0	14	28	37	1	10	16	67	2	0	54
8	0	16	28	38	1	12	4	68	2	2	30
9	0	18	28	39	1	13	52	69	2	4	6
10	0	20	28	40	1	15	42	70	2	5	42
11	0	22	28	41	1	17	30	71	2	7	18
12	0	24	28	42	1	19	18	72	2	8	54
13	0	26	28	43	1	21	6	73	2	10	30
14	0	28	28	44	1	22	54	74	2	12	6
15	0	30	24	45	1	24	32	75	2	13	42
16	0	32	28	46	1	26	26	76	2	15	18
17	0	33	16	47	1	27	0	77	2	16	54
18	0	35	12	48	1	48	44	78	2	18	26
19	0	37	8	49	1	30	0	79	2	19	58
20	0	39	4	50	1	32	12	80	2	21	30
21	0	41	0	51	1	33	56	81	2	23	2
22	0	42	56	52	1	35	40	82	2	24	34
23	0	44	57	53	1	37	24	83	2	26	6
24	0	46	48	54	1	39	18	84	2	27	38
25	0	48	44	55	1	41	2	85	2	29	10
26	0	50	40	56	1	42	42	86	2	30	38
27	0	52	36	57	1	44	22	87	2	32	6
28	0	54	28	58	1	46	2	88	2	33	34
29	0	56	20	59	1	47	42	89	2	35	2
30	0	58	12	60	1	49	22	90	2	36	30

Locum Solis per has Tabulas in anno menſe & die propoſito faciliter inuenire.

TAbula ueri loci Solis eſt ita diſpoſita, quod ſi eam ingrederis cum menſe & die propoſito, inuenies è directo ſigna gradus & minuta in quo Sol manet tunc. At quia tabula uerum locum Solis anni 1560. tantummodo oſtendit; pro futuris igitur annis indiget motus Solis æquatione. quæ ſic inuenienda eſt. ſumito ad diem oblatum locum Solis & ad partem ponatur, deinde conſidera ſi annus tuæ conſiderationis eſt Bixeſtus, uel primus, ſecundus, uel tertius poſt Bixeſtum. Conſidera etiam quod Bixeſta tranſacta ſunt ab anno 1560. usq; ad annum tuæ conſiderationis. quæ ſic inuenies. demas annum 1560. ab anno tuæ conſiderationis & reſiduum diuidas per 4. quotientis numerus oſtendet numerum Bixeſtorum, & reſiduum ſi aderit, demoſtrabit ſi annus eſt primus, ſecundus, uel tertius poſt Bixeſtum. Si annus igitur fuerit Bixeſtilis, ingredere cum numero Bixeſtorum tranſactorum tabulam æquationis Solis inqua cum Bixeſti ingreditur, & in columnula reuolutionis quære æqualem numerum, quē è directo inuenies uerſus dexteram, erit æquatio quæſita. quæ addatur loco Solis ſupra inuento, poſtq; additionem habebis locum Solis æquatū ad annum, menſem, & diem tuæ conſiderationis, ad meridianū Venetiarū. Sed ſi annus minimè Bixeſtilis fuerit, aut primus aut ſeccundus aut tertius erit poſt Bixeſtum, ingredere tamen ut prius, cum Bixeſtis trangreſsis tabulam æquationem, & æquatio inuenta addatur parimodo loco Solis, & poſt additionem habebis motum Solis primo æquatum. Poſtea ingredere tabellam infraſcriptam, cum menſe tuæ conſiderationis, & cum anno poſt Bixeſtum, & minuta è directo inuenta minuas à loco Solis primo ęquato, & poſt ſubtractionem habebis locum Solis æquatum tempore tuæ conſiderationis.

Tabellæ annorum non Bixeſtilium.

Si dies conſiderationis erit à Calendis Martii, ad Calendas Octobris, demas à loco Solis pro.	Primo anno poſt Bixeſtum minuta. 14 Secundo anno poſt Bixeſtū minuta. 28 Tertio anno poſt Bixeſtum minuta. 42
Si dies conſiderationis fuerit à Calendis Octobris, uſque ad calendas Martii, demas à loco ſolis pro	Primo anno poſt Bixeſtum minuta. 15 Secundo anno poſt Bixeſtū minuta. 30 Tertio anno poſt Bixeſtum minuta. 45

Cauciunculæ adhibendæ in inueniendo Solis loco.

SI annus fuerit 1562. uel 1563. ob Bixeſta non tranſacta, nil aliud agendum eſt, niſi ſubtrahere minuta inuenta Tabellis ſupradictis à loco Solis, & proueniet locus Solis æquatus. Si menſis fuerit februarius, & dies ultimus ipſius, quia in tabula loci Solis ultimus dicti menſis eſt 29. ob Bixeſtū, pro annis non Bixeſtilibus ſubtracta minuta huius tabellæ, & addita minuta æquationis pro Bixeſtilibus reuolutionibus, inuentus poſthæc erit Solis locus æquatus, die 28, februaris illius anni non Bixeſtilis, pro Bixeſtilibus annis additis min. æquationis

tionis inuentis cum Bixestilibus reuolutionibus inuentus erit locus solis die 19. februarii illius anni.

Sit ad clariorem huius rei doctrinam, inueniendus locus Solis, anno 1580. die 29. februarii demo 1560. à 1580. residuabunt 20. quem numerum diuido per 4. ueniunt 5. nihilque remanet. concludo annũ 1580. esse Bixestilem, & quinquies Bixestum transactum est: cum quo numero ingredior tabulam æquationis Solis, inuenioq; 10. m. & 20. 2. addenda loco solis inuento die 29. februarii, qui est 20. gra. 16. m. piscium, & proueniunt 20. grad. m. 26. & 2. 20. piscium. Concludo igitur Solẽ, die ultimo februarii, anni 1580. esse in signo, & gradibus inuentis. Si mensis non februarius, sed Iunius esset, & dies 20. eiusdem, addita, m. 10. & 2. 20. æquationis, loco Solis, qui est 8. gradus, & m. 17. Cācri haberem uerũ locum Solis. Pro anno 1581. qui est primus post Bixestum, & pro mense februarii & die ultimo ipsius, sumo in tabella æquationis pro annis non Bixestilibus cum mense februarii, & primo anno post Bixestum 15. minuta, quæ demo a loco Solis, qui fuit 20. grad. & m. 16. piscium, & residuum erit 20. grad. m. 1. quibus addo m. 10. & 2. 20. æquationis inuentæ, cum Bixestilibus reuolutionibus, & proueniunt grad. 20. m. 11. & 2. 20. pro uero & æquato loco Solis tempore oblato. Pro die 20. Iunii eiusdem anni, addo loco Solis mi. æquationis scilicet 10. & 2. 20. & proueniunt grad. 8. m. 27. & 2. 20. Cancri, pro loco Solis primo æquato, à quo demo 15. m. pro primo anno post Bixestum, & remanet grad. 8. m. 12. & 2. 20. pro uero & æquato Solis loco diei 20. Iunii, anni 1581. Modus hic inueniendi locum Solis, parum differt in certitudine, ab eo qui per Alphonsinas tabulas siue per Tabulas Ioannis Blanchini, supputatur. reliqua quæ ad hoc pertinent facilia sunt.

De Solis declinatione inuenienda.

REquiritur ad eleuationem Poli Capiendam, declinatio Solis, quæ quo pacto per tabulam inferius scriptam inuenienda sit, docebimus. Habeas locum Solis inuentum per supradictum modum, cum eo ingredere Tabulam declinationis, cum gradu Solis a dextris ascendẽdo. si Sol in signis, in calce tabulæ positis fuerit; à sinistris descendendo, si Sol in signis in fronte positis uersauerit: & è directo in angulo communi, inuenies declinationem Solis æquatam, si grad. Solis minutis caruerint. inæquata si minuta habuerint. quæ sic æquanda est. Intra tabulam cum gradibus integris Solis, ea quæ è directo inueneris, ad partem serua. Postea ingredere cum gradibus proximis maioribus gradibus integris Solis, & quod in angulo communi inueneris demas à numero supraseruato uel numerum demas ab eo si minor fuerit residuũ erit uariatio declinationis unius gradus. De qua cape proportionalem partem secundum proportionem minutorum Solis ad 60. per regulam trium eamque inuentam addas, si gradus Solis inuenti sunt à sinistris descendendo; minuas, si à dextris ascendendo numero supraseruato, qui declinationem Solis cum gradibus integris acceptam denotabat & quod prouenerit, erit declinatio ueri loci Solis diei dati. Exempli gratia proponatur inuenienda declinatio solis, dum ipse est in gra. 20. & 40. m. Tauri, ingredior cum his gradibus tabulam, in latere sinistro descendendo quia signum est in fronte Tabulæ & è directo 20. graduũ sub signo Tauri in angulo communi inuenio 17. grad. & min. 47. pro declinatione Solis si esset in 20. tantummodo grad. Tauri

deinde capio declinationem cum 21. grad. Tauri quæ est grad. 18. & min. 3. harum declinationum demo minorem à maiori semper, remanentque 16. minuta, de quibus capio partem proportionalem sic operando. si 60. dant 16. quid 40. duco 16. in 40. & ueniunt 640. 2. quæ diuisa per 60. dant 10. minu. addenda declinationi captæ cum 20. grad. quia numerus est à sinistris descendendo, uel quia declinatio crescit, proueniuntq; addita decem minu. 17. gradibus & minutis 47. grad. 17. minut. 57. pro uera Solis declinatione, peragrantis 20. grad. Tauri, & 40. minuta. Hæc declinatio est Septentrionalis quia signum Tauri est Septentrionale.

Gradus	Declinatio ♎ ♈		Declinatio ♏ ♉		Declinatio ♐ ♊		Gradus
	G	M	G	M	M	G	
1	0	24	11	51	20	25	30
2	0	48	12	22	20	37	29
3	1	12	12	33	20	49	28
4	1	36	12	53	21	0	27
5	1	59	13	13	21	11	26
6	2	23	13	33	21	22	25
7	2	47	13	53	21	32	24
8	3	11	14	13	21	42	23
9	3	35	14	32	21	51	22
10	3	58	14	51	22	0	21
11	4	22	15	10	22	9	20
12	4	45	15	28	22	17	19
13	5	9	15	47	22	25	18
14	5	32	16	5	22	32	17
15	5	55	16	23	22	39	16
16	6	19	16	40	22	46	15
17	6	42	16	57	22	52	14
18	7	5	17	14	22	57	13
19	7	28	17	31	23	3	12
20	7	50	17	47	23	7	11
21	8	13	18	3	23	12	10
22	8	35	18	19	23	15	9
23	8	58	18	34	23	19	8
24	9	20	18	49	23	22	7
25	9	42	19	4	23	24	6
26	10	44	19	18	23	26	5
27	10	46	19	32	23	28	4
28	10	47	19	46	23	29	3
29	11	9	19	59	23	30	2
30	11	30	20	12	23	30	1
	M	G	M	G	M	G	
Solis	♍ ♓		♌ ♒		♋ ♑		Solis

De altitudine ſolis & ſtellarum.

ALtitudo ſolis uel ſtellæ eſt arcus circuli magni,uenientis à polo horizontis dati,inter ſtellam & horizontem. hæc maxima eſt cum ſtella fuerit in circulo meridiei dati horizontis,quia tunc eſt proximior Zenith quam eſſe poteſt.eaque meridiana altitudo dicitur.Pro igitur altitudine ſolis obſeruanda,conficito circulū in materia aliqua ſolida, peroptime dolata,& diuidatur in 360.partes ęq.ut in aſtrolabijs fieri ſolet,deinde in cētro dioptra ponat̄,poſtea ſuſpendatur inſtrumentum hoc,& per foramina dioptræ tranſeat radius ſolis, quod in circulo diuiſo inuenitur,erit altitudo ſolis. Sed pro meridiana ſuſpende paulu lum ante meridiem inſtrumentum,& cape altitudinem,& eam ſerua, deinde iterum poſt aliquod paruum tempus capias altitudinem & ſerua, & ſic facito uſque quo ſol trāſiuerit meridiem,ex inuentis altitudinibus maior erit meridiana. Pro altitudine ſtellarum eodem operaberis modo,hoc addito,quod ſtellas oportet cū oculis aſpicere per foramina,quia ſtellæ,non ita radiant ut ſol,neque earum radij poſſunt per foramina tranſire,cum pauci ſint.

Altitudinem Poli per ſolis altitudinem meridianam inuenire.

ALtitudo poli, ſiue latitudo regionis,eſt arcus meridiani inter æquatorē & Zenith regionis,ſiue polum horizontis.quæ quidem ſic obſeruatur.Obſerua altitudinem ſolis meridianam, habeasque locum ſolis, per quem eius declinationem inuenias;hæc declinatio ſi ſeptētrionalis extiterit,dematur ab Altitudine ſolis meridiana,& reſiduum erit altitudo æquatoris ſiue complementum altitudinis poli:altitudo æquatoris ſi ſubtrahatur à quadrante, remanet eleuatio poli quęſita. at ſi declinatio meridiana extiterit, addas eam altitudini ſolis, & quod prouenerit erit eleuatio meridiana æquatoris,quam ſi à quadrante dempſeris remanet eleuatio poli, ut in hac figura Semicirculus A, B, C, F, denotat medietatem meridiani,& A,D,B, Communem meridiani & horizontis ſectionem.C denotat polum mundi F. æquinoctialem, E, autem Zenith.Si altitudo ſolis meridiana fuerit in puncto,G,F,&,G,erit eius declinatio,quæ ſubtracta ab A, G,altitudine ſolis meridiana,remanet, A, F,quæ altitudo meridiana ęquatoris erit,quæ ſi ſubtrahatur ab,E,A, quarta,remanet arcus, E,F, quæ æqualis erit arcui,C,B,eritque latitudo regionis. Si Altitudo ſolis fuerit H,A,eius declinatio erit F,H,quæ addita altitudini Solis,fit arcus,F,A,altitudinem æquatoris denotātem, quam ſi a quadrāte E, A,dempſeris,remanet E,F,pro regionis latitudine quod eſt quæſitum. ſic etiam operaberis cum ſtellis, ſiue fixis, ſiue erraticis,habita eius longitudine, & declinatione. Exemplū non opus eſt ſi ea quę dicta ſunt recte intellexiſti, Aliæ permultæ extant uiæ, quibus inuenitur eleuatio poli, quarum aliæ oſtendentur à nobis inferius.Non eſt hoc ſilentio prętereundū quod ſi locus in quo obſeruatio fit,eſt meridionalis, fit ecōuerſo ſcilicet ubi addidimus declinationem meridianā,& ſubtraximus Borealem addere debemus Boream,

eam, & demere meridianam ab altitudine Solis data,& habebimus eleuationem æquinoctialis,quæ si subtracta fuerit à quarta circuli parte,remanens erit eleuatio Polis austrini. His peractis descendere oportet ad mensurationem ambitus terræ.

Quomodo terræ ambitus metiendus sit.

TExtus Ptolemæi facilis est,ideo non indiget uerbosa expositiõe,sed ueniamus ad rem. Obseruetur eleuatio poli unius dati loci, deinde ambulet homo septentrionem uersus,sub una meridiani circunferentia,& obseruet post aliquod interuallum,eleuationem poli alterius loci.mensuretur postea distãtia unius loci ab altero. & quia profectio hominis sub uno facta fuit meridiano, igitur oportet ut eleuatio poli unius loci,sit maior eleuatione alterius; subtrahatur minor,à maiori;deinde per regulam proportionum,siue quatuor quantitatũ, dicas si gradus differentiæ eleuationum poli,dant tantam itinerariam distantiam, quid integer circulus dabit?multiplica integrum circulum,siue 360.per distantiã productum diuide per differẽtiam eleuationum poli, & habebis ambitum terræ. Vt in hac figura sit circulus meridianus Cæli,E,D,F,& terræ A, B, G. in eodem meridiani plano,& D, sit Zenith unius loci cui respondeat B, in terra,E autem sit uertex alterius loci cui etiam respondeat,A,in terra discedat homo ab, A, & petat B, dico A, B, distantiam, ita se habere ad maiorem terræ circulum,ut E,D, differentia eleuationis poli ad meridianum cæli.Quoniam angulus E, C, D, in centro est amborum circulorum.igitur per ultimam tertii definitionem,segmentum,A, B,simile est segmento, E, D, quemadmodum igitur segmentum A, B,circulo A,B, G,ita segmentum, E, D, circulo E, D,F,si quatuor quantitates proportionales fuerint, & cõuersim quoq; ꝓportionales erũt.per,16,quinti Euclidis. igitur quemadmodum segmentum A, B, segmento,E,D,ita & circulus,A.B,G,circulo,E,D,F.sed tria nota sunt, scilicet segmentum,E,D,differentia duorum nempè uerticalium punctorum,&, A, B,distantia duorum locorum,& circulus,E,D,F,& quartus igitur per 19.septimi notus erit,nempe A,B,G,sed A,B,G,est ambitus terræ, & ambitus terræ inuentus est,quem inuenisse oportuit.

Ait Ptolemæus in hoc primo geographiæ libro,uni gradui maximi circuli cælestis respondere 500.stadia terrę,igitur si,500,duxeris in 360,ueniunt,180000, stadia,pro terræ ambitur ẜm Ptolemæi obseruationẽ,est.n.stadius mẽsura ex,125, passib⁹cõfecta,passus aũt ex pedib⁹,5,cõstat,pes ex quatuor cõficiť palmis,Palm⁹ ex quatuor digitis ꝗ ex granis hordeaceis granus aũt hordei est princ. geometricæ mensuratiõis. Miliariũ aũt stadia cõtinet 8,si ergo diuiseris 180000 stadia, proueniũt in quotiente 25000 miliaria ꝓ terræ ambitu. & si,500, stadia diuiseris ꝑ 8.ueniẽt 62, miliaria cum dimidio respõdentia uni gradui maioris cęli circuli.

Stadig: ex 125

Sed quęret aliquis unde orta tam maxima inter scriptores differentia de ambitu terræ,quoniam aliter inuentus fuit ab Eratosthene aliter ab Hipparcho.Eratosthenes uni gradui respondere 700,stadia obseruauit;Hipparchus autem 769, ferè.& Ptolemæus.500.Ego uerò ut ingenue fatear,ignoro huius differentiæ causam.aiunt aliqui hoc totum à mensuræ differentia prouenire. Quoniam (dicunt)

& ſi menſura ab uno uidetur originari principio, à grano nempe hordei; ob grano rum tamen differentiam diuerſa fit menſura. Grani igitur maxime ſunt inter ſe differentes. hordeum enim Siciliæ craſsior eſt hordeo Longobardiæ, ob agri bonitatem & parua differentia in principio, maxima fit in fine. Triticum etiam Apu liæ craſsior eſt tritico Longobardiæ, ut ſepius obſeruaui. Præterea à paſſubus ho minum, arguere poſſumus menſuræ differentiam. Quoniam aliqui longioris ſunt ſtaturæ alijs & paſſus etiam in gradiendo longiores ſunt paſſubus. Nonne Vide mus Pedem Romanum obſeruatum in antiquis lapidibus maxime differre à recē tiorum pede? Pes etiam quo itali utuntur longe differt à pede Galliæ, Hiſpaniæ, Germaniæ, & aliarum prouinciarum, immo pes Longobardiæ, differt à pede Hetruriæ. ſed quid multa? & Decempeda Veneta, differt à Taruiſina, & Taruiſina à Patauina, & Patauina, qua ciues in agris metiendis utuntur differt ab ea qua uil lici ſub Patauij diſtrictu campos (ut ipſi dicunt) metiuntur. Germanica miliaria differunt à miliaribus Galliæ, Germaniæ, Hiſpaniæ, & Italiæ. hac igitur ratio ne, & menſurationes terreni ambitus, priſcorum geographorum, ob diuerſitatem ſtadiorum, differentes inter ſe ſunt. hæc ratio & ſi non omnino hanc ſoluit contra rietatem, tamen meo quidem Iudicio perdifficile erit aliam inuenire rationem; qua ſoluere poſsimus dubium hoc. Cum etiam non ſatis conſtat, ſi Eratoſthenis Stadius æqualis erat ſtadio Hipparchi, et Ptolemæi. Sed de hac differentia ha ctenus. Extant & aliæ uiæ inueniendi ambitum terræ, quæ prætermittuntur, difficiliores iſta. Reliquum eſt antequam huius capitis concludamus commentaria, explanare loca ſecundi capitis relicta.

,, *Nihil deniq; ſtadiorum indiget dinumeratione.*

Cum dicit Ptolemæus per meteoroſcopiā obſeruationem, ſiue per inſtrumenta quibus eleuatio poli deprehenditur, nos ſcire ambitum terræ, confirmat quod dixit; quoniā (inquit) ſi habita differentia latitudinum duorum locorum, qui ſub uno ſunt meridiano, ſuppoſita itineraria diſtantia, poſſumus inuenire terræ ambitum, ſecundum ſuppoſitionem diſtantiæ itinerariæ.

Vt in figura præcedenti cognitus arcus E, D, differētia latitudinis & ſuppoſita diſtantia, A, B, 1000 ſtradia habebimus per regulam proportionum & modum ſupradictū ambitum A, B, G, ſed hic ambitus non uerus ſed fictus erit telluris. Verus erit ſi diſtan tia A, B, fuerit per uiam planā metita, ut diximus, & ipſe his uerbis dicit.

,, *Sed forſan ad diuidendum noſtris dimenſionibus.*

Ait quod ſi inuentus & fictus ambitus diſtribuatur ſecundum diſtantias cognitas locorum: aût non ſufficiet, aut redundabit. & hac de cauſa neceſſe fuit menſurare diſtantiam duorum locorum obſerua torum per uiam rectiſsimam, & planam; quæ quidem uia ut prius oſtenſum eſt, fit ſuper circunferentiam maioris circuli, & per eam poſtmodum, ut antea opera uimus, inuenire ambitum terræ. qui ſi diſtributus fuerit per loca cognita, & aut di minutus, aut ſuperfluus erit, hoc nō à ratione, ſed ab obliquitate uiarum, montuo ſitatemq; acciderit & cauſatum fuerit.

,, *Idem nobis patebit, ſi per inſtrumentum quo ſublimiora conſiderātur. &c.*

Citat quoddam Inſtrumentum, Meteoroſcopium dictum ab eo; quod quidem inſtrumentum ut Regimontano, & aliquibus placet conſtructum eſt ex circulis

circulis pluribus ad ſimilitudinem Armillæ,quæ deſcribitur à Ptolemęo in principio quinti libri ſuæ magnæ conſtructionis.Ioannes autem Regimontanus, in epiſtola ad Beſſarionem Cardinalem,docet huius inſtrumenti fabricam uſumque meo quidem Iudicio omnes operationes quæ per hoc fiũt inſtrumentũ, poſſunt, etiam confici à ſphæra ſolida, & omnes certioresque per triangulos ſphęricos,& numerales ſupputationes,ſed laborioſiores erunt. Id quod Ptolemæus parimodo per hoc inſtrumentum inueniebat Altitudinem ſcilicet poli, & lineam meridianam omni hora tam de die quã de nocte.nõ ſatis apud me notum eſt,cum inuẽtio unius pendere quaſi uideatur ab inuentione alterius.multaque alia dicit Ptolemæus in hoc Capite quæ mihi ignota ſunt, ob eorum impoſsibilitatem. Reſtat nunc pro completa huius capitis expoſitione,tradere uiã inueniendi lineam meridianam, & eleuationẽ poli,ex proportione Gnomonis & Vmbræ, eleuationẽque poli omni hora diei,dum ſol terram luſtrauerit ac etiam declarare quid angulus poſitionis, & quomodo deprehendatur, quæ omnia ordinatim procedendo docebimus.

Linea meridiana quid ſit,quomodoque deprehendatur.

NIl aliud eſt Meridiana linea niſi communis meridiani & horizontis dati ſectio.Quoniam per ſecundam undecim Euclidis;communis ſectio duorum planorum per lineã fit rectam.Planus igitur Meridiani ſecatur a plano horizontis,cum ſint Circuli maiores,& cõmunis eorum ſectio,linea erit recta ſed quia maiores circuli ſeſe per æqualia ſecant,ſequitur, communem eorum ſectionis lineam, eſſe communẽ eorum diametrum.obſeruatur hæc linea ſic. In plano aliquo horizontali,uel horizonti parallelo, peroptime libellato ſiue librato, cũ Corobate aut alio inſtrumento erigatur Gnomon perpendiculariter. Planũ aũt aliquẽ cõſtruere poſſumus parallelum horizonti ſi fecerimus ut in communi ſectione aliquarum linearum,in plano dato,cadat perpendicularis aliqua. Quoniam tunc hæc perpendicularis,ad omnes alias lineas ipſius plani erit ad angulos rectos per 4.Vndecim Euclidis.& quia perpẽdiculus gerit uicẽ horizontis Axis quæ quidem ad horizontis planum perpendiculariter exiſtit,& Ad quæ plana aliqua recta linea,recta eſt,Parallela ſunt ipſa plana per 14.citati libri,planus igitur erectus ſiue conſtructus parallelus eſt horizonti quod feciſſe oportuit.hoc ab omnibus fabris fit perquamfacile. In hoc igitur plano cape centrum, & ad liberam circini aperturam deſcribe circulum,in centro cuius eſt erigendus Gnomon perpendiculariter.ſit autem Gnomon minor ſemidiametro circuli conſtructi.Perpẽdiculariter autem erigitur Gnomon ſi acumẽ eius,à circuli circunferentia æqui diſtauerit.quia tunc quadrata harum diſtantiarum erunt inter ſe æqualia,& trianguli ex eis,gnomone,& ſemidiametris circuli æquilateri,& æquianguli erunt,& propterea anguli qui à Gnomone,& diametris circuli recti erunt.Non eſt ſilẽtio prætereundum, quod planus oportet ut ſit perquamoptime dolatus,& exquiſitè planus.hoc facto obſerua mane poſt ortum ſolis umbrã apicis gnomonis,& quãdo tetigerit circuli circunferentia ſigna punctum contactus:parimodo ante occaſum ſolis,obſerua umbram tangentem circunferentiam,ut ante meridiem feciſti Arcus interceptus in circuli circunferentiam ab umbris obſeruatis, per æqualia diuidito,per 30,tertii Euclidis,& à puncto ſectionis per cẽtrum circuli ducatur linea,quæ extendatur uſque ad aliam circunferentiæ partem,& hæc erit linea meridiana,quod inueniſſe oportuit.At,quod hæc ſit meridiana linea probatur. Quoniam ab æquali remotione ſolis à meridie,æquales cauſantur umbræ, per ea quæ

in ſecũ-

in secundo Almagesti probatur,& Vmbræ æquales æqualitatē denotant distantiā solis à meridie, igitur tantum distabat sol à meridie, in prima umbræ obseruatione, quantum in secunda, igitur in medio harum distantiarum est meridies. sed inuenta linea diuidit comprehensum arcum à distantiis, per æqualia, igitur & inuēta linea erit meridiana: quod demostrasse oportuit. Vbi uero data fuerit eleuatio poli, alio ingenio possumus hanc deprehendere lineam cum sphæræ solidæ adiutorio. Quoniam si ad datum tempus capiemus altitudinem solis, & eam in sphæræ solidæ quarta altitudinis signabimus altitudinis quarta signabit horizontem in eo puncto, in quo & gnomonis umbra, igitur numerabimus gradus a meridie in horizonte, usque ad quartam altitudinis, & ad partem seruabimus. Habebimus postea circulum cum gnomone, ut supra, diuisum in 360, partes.& mouendo circulum usque quo umbra tetigerit in circunferentia gradus ęquales gradibus seruatis, habebimus post hæc lineam meridianam, & erit unus ex diametris circuli. Si etiam in obseruando solis altitudinem meridianam, quemadmodum supra docuimus habebimus perpendiculum,& in plano aliquo signabimus umbras harum, ea quæ erit signata cum maiori altitudine erit linea meridiana; quoniam, quemadmodum altitudo maior est meridiana, ita & Vmbra erit linea meridiana. Cum compasso nautico etiam absque errore sensibile, potes etiam obseruare lineam meridianam, quia si compassus optimus fuerit linea signata ab eo, parum aut nihil a meridiana differt. Cum eo igitur omni hora, tam de die quam de nocte, possumus obseruare situm meridionalem. & hæc de linea meridiana dicta sufficiant. hoc tamen aduertendum est quod operarius harū præcedentium, & sequentium rerum, oportet ut sit diligens, patiens, & accensus a doctrinæ & ueritatis amore. De uentis inferius dicemus.

De Vmbris, de Proportione Gnomonis, & Vmbræ, deque usu eorum, & quomodo data Gnomonis & Vmbræ ratione, altitudo solis, ac Poli deprehendatur.

QVid umbra sit Optici ostendunt. Est .n. Vmbra (ut aiunt) lumen diminutum a corpore umbroso in opposita luminosi parte proiecta. Vmbræ uero diuersorum Vmbrosorum, unius quantitatis, ob diuersam poli sublimitatem diuersæ sunt. Quoniam quanto magis sol eleuatus fuerit supra horizontē, tanto minus se extat unius Vmbrosi Vmbra. Ob id igitur omnibus unius diei Vmbris meridiana minor est,& meridianæ proximiores minores remotioribus. Vmbra igitur quæ ab umbroso mittitur oriēte sole infinita propemodū existit. Cum autem sol perpendiculariter extiterit ad horizontē, gnomon nullā mittit Vmbrā, eo quia radii solis perpendiculariter pcutiūt obiectū planū,& Vmbra ēt gnomonis in se ipsam redundat, ac etiā si quantus magis eleuatus fuerit supra horizontem sol, eo minores Vmbræ conficiuntur, & quando sol in uerticie fuerit, umbrā nullā esse necesse est. hoc totum à sensu sumitur, à quo omnis nostra cognitio ortū habere uolūt philosophi, & ratio postulat cū in horizonte fuerit sol (uti diximus) umbra ab umbroso fit infinita. at cū in uertice est nulla fit ab eo. necesse est igitur ut in aliquo loco sit æqualis umbroso.& hoc est cum sol eleuatus fuerit supra horizontem 45. gradus. cum maior fuerit eleuatio solis 45. gradibus, umbræ semper minores umbroso existūt, cum minor maiores. Secundum igitur altitudinem solis sic crescit,& de crescit Vmbra,& quemadmodum crescit & decrescit umbra, ita magis,& minus eleuatur Sol supra horizontem. Secundū igitur hanc regulam confecta est hæc tabula.

Tabula partium Vmbrarum qualium Gnom. est 60. ad quemlibet gradum altitudinis Solis.

Alt. ☼	Vmbra		Alt. ☼	Vmbra		Alt. ☼	Vmbra	
G	Par.	M	G	Par.	M	G	Par.	M
1	3437	24	31	99	51	61	33	15
2	1718	10	32	96	1	62	31	54
3	1144	52	33	92	23	63	30	35
4	858	2	34	88	57	64	29	15
5	685	48	35	85	41	65	27	58
6	570	51	36	82	34	66	26	43
7	488	39	37	79	37	67	25	28
8	426	55	38	76	48	68	24	14
9	378	49	39	74	5	69	23	2
10	340	16	40	71	30	70	21	50
11	308	40	41	69	1	71	20	39
12	282	16	42	66	38	72	19	29
13	259	53	43	64	20	73	18	20
14	240	38	44	62	8	74	17	12
15	223	55	45	60	0	75	16	4
16	209	14	46	57	56	76	14	57
17	196	15	47	55	57	77	13	51
18	184	39	48	54	1	78	12	45
19	174	15	49	52	9	79	11	39
20	164	50	50	50	20	80	10	34
21	156	18	51	48	35	81	9	30
22	148	30	52	46	52	82	8	26
23	141	21	53	45	12	83	7	22
24	134	45	54	43	35	84	6	18
25	128	39	55	42	1	85	5	15
26	123	0	56	40	28	86	4	11
27	117	45	57	38	57	87	3	8
28	112	50	58	37	29	88	2	5
29	108	14	59	36	3	89	1	3
30	103	54	60	34	38	90	0	0

Tabella Fœcunda.

G	Partes	60		G	Partes	60		G	Partes	60	
1	1745	29	5	31	60086	39	11	61	180405	120	0
2	3492	29	7	32	62486	40	0	62	188073	127	48
3	5241	29	9	33	64940	40	54	63	196261	136	28
4	6992	29	11	34	67452	41	51	64	205030	145	9
5	8748	29	16	35	70022	42	50	65	214451	157	1
6	10510	29	22	36	72654	43	52	66	224603	169	12
7	12278	29	28	37	75356	45	2	67	235585	183	2
8	14053	29	35	38	78129	46	13	68	247509	198	44
9	15838	29	45	39	80978	47	29	69	260509	216	40
10	17633	29	55	40	83909	48	51	70	274747	237	18
11	19439	30	6	41	86929	50	20	71	290421	261	14
12	21256	30	17	42	90040	51	51	72	307768	289	7
13	23087	30	31	43	63252	53	52	73	327084	221	56
14	24932	30	45	44	96571	55	19	74	348742	360	58
15	76794	31	2	45	100000	57	9	75	373205	407	43
16	28674	31	20	46	103551	59	11	76	401078	464	33
17	30573	31	39	47	107236	61	25	77	433148	534	30
18	32492	31	59	48	111062	63	46	78	470453	621	45
19	34433	32	21	49	115037	66	15	79	514455	733	22
20	36395	32	43	50	119197	69	10	80	567124	877	53
21	38387	33	11	51	123491	71	34	81	631375	1070	47
22	40402	33	35	52	127994	75	5	82	711537	1336	2
23	42448	34	6	53	132704	78	30	83	814435	1714	18
24	44522	34	34	54	1376639	82	15	84	951436	2283	21
25	46631	35	9	55	142813	86	14	85	1143005	3192	49
26	48772	35	41	56	148253	90	40	86	1430067	4784	22
27	50952	36	20	57	153987	95	34	87	1908113	7962	26
28	53170	36	58	58	160033	100	46	88	28632625	15925	12
29	55432	37	42	59	166429	106	36	89	5728995	47756	10
30	57735	38	23	60	173205	112	46	90	*Infinitum*	*Infini*	*tū*

Cum igitur per umbram inuenire uolueris altitudinem Solis, erige gnomonem in plano aliquo, secundum regulam præcedentem, deinde diuidas gnomonem in 60. partes æquales, & unamquamque harum in 6. unaquæque igitur harum 6. decem denotat minuta. deinde obserua lineam meridianam, eo modo quo docuimus. cum igitur umbra gnomonis super lineam meridianam ceciderit, tunc mensuretur umbræ longitudo, cum qua ingredere Tabulam umbrarum, & quod è directo uersus sinistram de altitudine Solis inueneris, erit altitudo quæsita. At si partes umbræ inuentæ habuerint minuta, ac etiam si non inueneris præcise umbram in tabula, sumas uelim partem proportionalem, secundum proportionem minutorum differentiæ ad 60. Vt exempli gratia. sit Vmbra inuenta 45. tantummodo partium, & 30. minuta. in tabula autem non inueniuntur præcisæ nisi 45. & min. 12. altitudo respondēs istis est 53. gradus, & quia partes nostræ umbræ, plures sunt partibus inuentis, ideo & gradus altitudinis, plures sunt quinquaginta tribus. demo igitur partes umbræ acceptæ in tabula, ab umbra obseruata, remanent 18. minuta, demo etiam ab umbra 53. grad. umbram 54. quæ est 43. partium & 35. minutorum, & remanent .1. par. & 37. minuta uel 97. minuta per regulam trium, nunc dico si 97. minuta dant 60. quid 18. duco 60. in 18. ueniunt 1080. quem numerum diuisum per 97. dat 11. minuta quæ addita 53. gradibus habebimus altitudinem quæsitam ex 53. gradibus & 11. minutis conflatam. Cum hac altitudine meridiana operaberis ad inueniendam poli sublimitatem, ut in præcedentibus ostensum est. Sed & pro hac operatione, & reliquis, addidimus Tabellam fœcundam, miro artificio conditam. Per quam potes dum data fuerint duo latera rectum angulum ambientium in triangulo orthogonio, reliquum latus, ac reliquos angulos agnoscere. Si igitur per tabellam fœcundam inuenire libeat angulum altitudinis Solis, obserua umbram, ut supra, deinde multiplica gnomonem in 100000. sinum scilicet totum, & numerum creatum, diuidas in numerum umbræ, & quod prouenerit quære arcatim in tabella fœcunda, & quod inueneris è directo, uersus sinistrum, est altitudo quæsita quoniam triangulus factus ex umbra, gnomone, & radio, similis est triangulo facto ex sinu recto altitudinis Solis sinu toto, & radio (per ea quæ per hunc tabulam obseruantur, quoniam sic condita est.) sed tria nota sunt Vmbra scilicet, gnomon, & sinus totus, igitur & per 19. septimi quartus notus erit. quartus autem est sinus rectus altitudinis Solis, igitur & altitudo nota erit. sit in exemplo inuenta umbra partium 45. qualium gnomon est 60. si igitur duxero 60. in 100000. ueniunt 6000000. partes, quæ diuisę per 45. dant inquotiente 133333. hic numerus quæsitus arcatim in tabella fœcunda, dat 53. grad. altitudinis. pro minutis inueniendis sumas partem proportionalem sic. subtrahe numerum inuentum in fœcunda tabella, qui proximus minor est tuo, à tuo, scilicet 132704 à 133333. remanent 589. deinde demas numerum proximum minorē, tuo, à proximo maiori, qui est 137639. & remanent 4935. dicas nunc, si hic numerus dat 60. quid 589. opera per regulam, & habebis 7. minuta, igitur altitudo Solis, dum umbra est 45. partes, est 53. gradus & 7. minuta. Quo ad reliqua huius tabellæ in sequentibus dicetur. nunc tempus est pertransire ad reliqua rumbarum. Vmbræ igitur (ut diximus) diuerse fiunt à diuersitate eleuationis poli. Quoniam, hii qui habent punctum uerticis inter tropicum Cancri, & Capricorni, quatuor habent umbras, uersus Septentrionem scilicet cum Sol primum Capricorni punctum occupauerit. Versus Meridiem, cum Sol primum Cancri punctum tenuerit. Mane ad occasum, & uesperi ad ortum ii enim Amphiscii uocantur, & mediam habitant Zonam, siue Zorridam. ii autem qui habitant inter Tropicum Cancri & circulum articum, Heteroscii uocantur, tresque Sol eis causat umbras. sic etiam facit illis qui habitāt aliam tem-

peratam Zonam. Qui autem incolunt in Zonis frigidis periſcii dicuntur. Sol enim cum per ſpacium 24 horarum occidat, nunquam circularem conficit umbram. In Zona Torrida habitantes duas habent umbras perpendiculares, in tropicis unam tantum, extra tropicos incolentes nunquam Solem ſupra uerticem uident. ab hoc acceſſu & receſſu Solis uertici capitis, fit maxima & minima caliditas: fiuntque calidiores frigidioresque regiones, ut inferius dicemus. Proportio gnomonis & umbræ, quæ ab altitudine Solis pendere uidetur, in punctis tropicis, uariabilis exiſtit, quoniam declinatio Solis uariabilis ut obſeruatio comprobat, eſt. in Septentrionalibus regionibus umbræ meridianæ ſolſtitiales, minores fiunt nunc, quam obſeruatæ fuerunt tempore Ptolemæi, eò quia Sol non tantum accedit Vertici, quantum tempore Ptolemæi, cum minor exiſtat eius declinatio maxima. ita dicendum de meridionalibus umbris. Aequinoctiales enim tantum, obſeruatæ ſunt nunc, quantum præſentibus temporibus.

De Vmbra uerſa & Recta nonnulla reſtant dicenda. Vmbram rectam uocant Aſtronomi eā quæ fit à Gnomone perpendiculariter ad planum horizontis erecto. Verſam eſſe uolunt eam quæ, à Gnomone Parallelo horizōti in ſuperficie aliqua perpēdiculariter ad horizontem planum erecta cauſatur. umbræ iſtæ creſcūt decreſcuntque ſecundum altitudinem ſolis. unde quando umbra recta infinita extiterit, verſa autem nulla erit. & cum recta nihil fuerit, verſa erit infinita. Cum autem vmbra recta æqualis extiterit Gnomoni, & verſa parimodo æqualis erit Vmbroſo; tunc fit vmbram Rectam eam habere rationem ad Gnomonem, quam habet Vmbroſum ad vmbram verſam. ob triangulorum ſimilitudinem. & proinde habita Vmbra Recta, habebimus & uerſam, quoniam ſi duxerimus Gnomonē in ſeipſum, & productum diuiſerimus per vmbram rectam, naſcetur numerus vmbræ verſæ quæſitæ. hinc fit etiam, ſinum altitudinis ſolis, eam habere rationem ad ſinum complementi eiuſdem altitudinis, quam umbra uerſa, ad umbroſum. ac etiam proportio ſinus altitudinis ſolis, ad ſinum complementi eiuſdem, eſt ſicut proportio gnomonis ad umbram rectam. Hinc enim ſequitur quod habita ratione gnomonis & Vmbræ, tam verſæ quam rectæ, habebimus altitudinem ſolis; & data ſolis altitudine ratio gnomonis & Vmbræ tam rectæ quam verſæ dabitur.

Delle ombre

Angulus poſitionis quid ſit, quomodoque capiendus eſt.

PRo angulo poſitionis aliqua ſunt aduertenda prius. Angulus enim poſitionis dicūt Aſtrologi & Geographi, qui factus eſt à meridiano vnius loci, & uno ex circulis uerticalibus eiuſdem loci, tranſiēte per locum alium. ſiue ſic & facilius. Angulus poſitionis eſt confectus à meridiana unius loci linea, & ab alia, per vnum & alium locum tranſiente. at quomodo hic angulus deprehendēdus ſit, facilis eſt regula. Habeas aliquem circulum diuiſum in 360. partes ęquales prout in dorſo aſtrolabij apparet, hic circulus habeat Dioptram, ſiue radium, in centro affixum, ut aſtrolabium. deinde in loco ęditiori, ut in aliqua terra, inuenias lineam meridianam, ſupra quam loca unum ex diametris inſtrumenti, tali ingenio vt inſtrumentum ſit parallelum horizonti (prout docuimus ſupra) deinde aſpice per Dioptre perſpicila locum alium, & gradus inter lineam meridianam & dioptram in circuli circunferentia demoſtrabunt poſitionis angulum. uel ſic ſine linea meridiana. habeas circulum ita diuiſum & pręparatum ut diximus, ſed in centro uel in alio loco ſui plani, dum modo ſit ſuper vnum ex diametris locetur ferrum cum lapide herculeo temperatum, hoc oſtendet affixū in uno ex diametris lineam meridianam, reliqua per ſe ſunt clara. Si locus conſpiciendus minime

nime visus fuerit, aspice aliquem montem apud eum uel locum aliquem prope eum,& sic inuentus erit angulus positionis. sed opus est vt operator sit in hac re diligens;& instrumentum sit maximum.hic angulus ad multa vtilis est, quemadmodum in progressu huius libri docebimus. Nunc veniendum est ad eleuationē poli sine meridiana altitudine dummodo sol conspiciatur.

Eleuationem poli omni hora diei lucente sole deprehendere.

HAbeas circulum diuisum 360.partes æquales,in centro cuius sit gnomon, deinde in circuli plano sit magnes,& posita super uno diametrorum. Postea loca circulū parallelū horizonti in solis radio,& fac vt magnes quiescat super suo diametro;deinde uideas in circuli circunferentia gradum signaturæ vmbræ,numerando à meridie,& tunc accipe altitudinem solis per Astrolabium uel aliud instrumentum & omnia ad partem nota. Post paululum tempus accipias locum vmbræ, & altitudinem solis. quæ quidem differentes erunt à primis. deinde habeas sphæram solidam siue circularem. & loca æquinoctialem in horizonte,& polum in uertice.fac vt a polo,qui gerit uicem verticis, cccidat quarta in puncto horizontis quem prima signauit Vmbra,in hac quarta signa altitudinē solis primam.hæc quarta immobilis sit.fac etiam ut alia quarta descendat à vertice super locum quem secunda vmbra signauit, in hac quarta accipe altitudinem solis secundam,& eam etiam immobilem affige. Deinde inuenias declinationem solis & eam à, 90, demas, & residuum numera in meridiano,cui quantitati æqualem sumas cum circino.habeas etiam dua circina;& apertum unius, sit æqualis aperturæ alterius, & unaquæque æqualis suplimento declinationi dictæ,& in meridiano assumptæ. nunc pone pes unius circini ad locum altitudinis solis primæ, pes alterius in loco altitudinis solis secundę,deinde moue reliquos circini pedes quousque simul in meridiano,in uno concurrant puncto, & punctus ille gerit uicem uerticis.à puncto igitur concursus,ad horizontem erit eleuatio poli,quot erunt hi gradus in meridiano,tot erunt gradus eleuationis poli quæsitæ. Huius rei demōstratio,& numeralis supputatio, ac etiam modi alij inueniendi regionis latitudinem, alibi demonstrabuntur & docebuntur abunde. nunc ad quartum transeamus.

Quod ea,quæ ex apparentibus obseruata sunt,præferri debeant ijs,quæ ex peregrinationis comperta sunt historia. Cap. IIII.

IGitur,quum hæc ita se habeāt,si ij,qui particulatim regiones peragrarunt,talibus quibusdā obseruationib. usi fuissēt;certā penitus oris descriptionem facere potuissent. Verum qui solus Hipparchus, nobis paucarū ciuitatum (respectu tantæ multitudinis,quā in Geographia designare necesse est) eleuationes poli Borealis tradiderit,easq; eidem subiectas parallelo. Quidā uero cū illis pariter loca quædā opposita,nō quæ æqualiter ab æquinoctiali distarent, sed quæ plane sub eodē essent meridiano,ex eo quod mutuæ cornauigatione

nauigationes secundæ ad arctum uel nothum tenderent. Distantiæ uero quãpluri mæ, & præcipue illæ, quæ ad ortum uel occasum uergũt, imperfectiorem assequu tæ sunt traditionem: non incuria eorum, qui historias condiderunt, sed ideo forsitan, quia considerationes Mathematicales nondum exacte erant perceptæ, nec adhuc multæ defectiones Lunares eodem tempore, in locis diuersis obseruatæ fue rant. Nam literis mandatum est Eclipsim eam, quæ hora quinta in Arbelis accidit, Carthagini apparuisse secunda. Ex quibus manifestum redditur, quot temporibus æquinoctialibus inter se loca distent, ad ortum uel occasum. Rationabile quoque erit, & his consequens, eum qui Geographiam tractare uelit, ea loca, quæ per diligentiores obseruationes deprehensa sunt, designationi suæ tanquam fundamenta quædam præsupponere: quę uero ab alijs tradita sunt, his adaptare, quo usq; positiones eorum inuicem, cum ijs, quæ prius fuerunt obseruata tanquã traditionibus certiora, potissimum congruant.

COMMENTARIA IN quartum caput.

Regionum longitudo quomodo obseruanda.

QVod uera & exquisita locorum descriptio, à latitudinibus longitudinibusque fiat, in hoc capite Ptolemæus ostendit, & cum hoc, declarat modum obseruãdi longitudinem regionis. Est enim longitudo regionis arcus æquatoris interceptus inter meridianum Insularum Fortunatarum, & regionis. dicitur æquatoris arcus ad differentiam arcus longitudinis stellæ, quæ quidem est (ut supra diximus) arcus Eclipticæ. Antiqui enim Geographi, totam cognitam ab eis terram, distinxerunt sub longitudine & latitudine. In omni superficie aiebant ipsi & sicut Ptolemæus etiam in Cap. sexto huius libri declarat, partem longiorem uocant longitudinem, breuioremque latitudinem. Et quia temporibus eorum, cognita erat quarta tantummodo pars terræ, & pars ab ortu ad occasum, longior erat parte à meridie ad Septentrionem, ideo uocarunt longitudinem ab ortu ad occasum, siue è conuerso. & à Septentrione in austrum, latitudinem. & quoniam omnis distantia quæ mensurabilis existit, uel quæ mensuranda est, oportet constituere in ea terminum fixum, à quo incipienda est mensuratio, quoniam si nullus statuitur terminus, nequit mensuratio fieri, hac de causa constituerunt Geographi terminum longitudinis fixum. & quia terminus est finis rei, ideo opus fuit terminum longitudinis constituere in fine cognitæ terræ, qui quidem finis erat in insulis fortunatis ab insulis igitur fortunatis incepta fuit ab eis longitudo regionis. Ratio autem apud antiquos capiendi longnitudinem erat ab eclipsi lunæ. Quoniam ut obseruatio comprobat, una & eadem eclipsis, à diuersis differentibus horis uisa fuit. obseruatum est (ait Ptolemæus) quod ea Eclipsis quæ hora quinta Arbelis accidit, Carthagini apparuisset secũda. Est enim Arbelis ciuitas numerata ab eo in libro quinto huius uoluminis in quinta tabula Asiæ, sub Assyriæ, cuius longitudo est 80. grad. latitudo uerò 37. grad. & minu. 15. Carthago numeratur ab eo in tabula secunda Aphri

cæ quæ ſitum Aphricæ minoris continet,libro quarto,ſub 34. grad. & 50. minu. longitudinis, & 32. grad. & 20 minu. latitudinis. differentia igitur longitudinis harum ciuitatum eſt 45 graduum ferè, quoniam ſubtracti 35. gradus longitudinis Carthaginis ab 80. lõgitudinis Arbelis remanent 45. gradus, qui quidẽ gradus æquiualent tribus horis ęquinoctialibus: quoniam tempus, ab æquatore pendet ut oſtenditur ab omnibus. Tempus enim nil aliud eſt niſi motus primi mobilis menſura.motus autem primi mobilis menſuratur ab æquatore. Quoniam cum motus primi mobilis ſit, ut Ariſtoteles oſtendit, regulariſsimus, & motus regularis in ſphæra in maximo ipſius ſphæræ circulo inuenitur cum motus illius uelocior ſit motibus aliorum circulorum. igitur & tempus ab æquatore pendet. & partes ipſius tempora uocarunt aſtrologi, & uocat Ptolemæus. Sed in obſeruando Eclipſim, nonnulla ſunt aduertenda. quod uel principium uel finis ipſius obſeruandus uenit uel principium totalis obſcurationis, & cum luna totam umbram ingreditur tunc capere altitudinem alicuius ſtellæ, & per eam inuenire horam, uel per machinam horariam optimam. & ea hora obſeruata erit hora comparationis.deinde ſumere Eclipſis horam ſecundũ ſupputationem Ephemeridũ uel Tabularum Aſtronomicarum. hæ horæ comparandæ ſunt obſeruatis, reductæ omnes prius ad unam denominationem, ut omnes ante ortum, uel ante meridiem, uel poſt meridiem, aut poſt occaſum. Quoniam aut hæ horæ ſimul ſunt æquales, aut obſeruatæ ſunt plures ſupputationis aut è contra. ſi æquales exiſtunt locus obſeruationis & ſupputationis ſub uno exiſtunt meridiano. ſi horæ loci obſeruationis, plures fuerint horis ſupputationis, locus obſeruationis occidentalior erit loco ſupputationis. ſi minores orientalior. ſubtractæ igitur minores à maioribus reductæque ad gradus relictæ, gradus illi denotabunt differentiam duorum locorum longitudinis. & quoniam ut Theodoſius oſtendit 10 propoſitione ſecundi ſphæricorum, Paralleli æquatoris à meridianis proportionaliter diuiduntur, ut manifeſtum eſt de coluris, qui diuidunt arcticum antarcticum,tropicum cancri, & capricorni, & æquinoctialem in quatuor æquales partes. & quoniam æquinoctialis uoluitur à meridie in meridiem ſiue à puncto ad punctum,in horis 24. & circuli omnes paralleli circumuoluuntur pari ratione in horis 24.igitur & quarta paralleli uoluitur ſimul cum æquatoris quarta. cum igitur Eclipſis intelligatur in meridiano loci unius & in meridiano loci alterius quantus erit arcus æquatoris uel Paralleli inter duos meridianos tanta erit differentia longitudinis duorum locorum: quæ quidem diſtantia menſuratur à tempore obſeruationis. Præter hanc igitur uiam inuentę fuerunt aliæ à mathematicis, ut per machinam horariã ſiue per clepſydram. Cum machina igitur horaria ſiue cum horologio portatili obſeruatur differentia longitudinis à uiatoribus hoc pacto. antequam à loco diſcedant,obſeruant horam diligentiſsimè, cum aſtrolabio uel alio inſtrumento eam ſignant in machina horaria, deinde pergunt. cum fuerint in aliquo loco, expectant donec radices horariæ machinæ eam ſignent horam, quam in loco à quo ſignarunt, deinde ſumant horam per aſtrolabium, uel quadrantem uel alio inſtrumento. hæ horæ acceptæ cum inſtrumento uel ſunt æquales numero horis machinę, uel plures,uel pauciores, ſi æquales proficiſcens ſub eodem itinerauit meridiano. ſi ſunt plures obſeruatæ horis machinæ, locus à quo occidentalior erit loco ad quem. ſi pauciores locus à quo orientalior erit loco ad quẽ ſubtractæ igitur pauciores à pluribus & reductæ quę remanẽt ad gradus hi oſtendunt differentiam longitudinis. Extant & aliæ uiæ per lunæ locum & ſtellis fixis difficiliores iſtis. Sed differentia longitudinis cum data fuerit longitudo unius loci,& angulus poſitionis, cum itineraria diſtantia, capitur faciliter per ſphærã ſolidam, ac etiam per numerales ſupputationes, quæ omnia in finem

huius

huius libri docebimus. hic autem nonnulla ſunt admonenda quod obſeruator debet eſſe diligens, & ſi ſecundam uiam ſequi uelit, oportet ut horologium ſit optimum, quia paruus error in obſeruando maximus eſt in longitudine regionis.

Per uerba huius Ptolemæi capitis ſatis manifeſta relinquitur imperfectio geographiæ ante eius ætatem. Quoniam & ſi habebant hiſtoriam itinerarium ea erat tamen ſine diſtantia & poſitione locorũ, cui hiſtoriæ nulla eſt danda fides. Habebant etiam hiſtoriam itinerariam alicuius partis terræ cognitæ, in qua ſola diſtantia ſine poſitione oſtendebatur. quæ quidem inutilis erat. ac ab Hipparcho aliqua & pauca loca erãt relicta cum latitudine tantum ſine longitudine. aliqui denique loca plura ſub latitudine relinquerunt, ſed ſub oppoſitis parallelis & ſine longitudine. hac omnia & ſi non inutilia ſunt parum tamen afferunt adiumentum. Ptolemæus igitur fuit illuminator geographiæ; quia ipſe loca ſub longitudine & latitudine cum maximo labore ſupputauit, illuſtrauit & auxit, cui multa debet poſteritas. reliqua huius capitis perſe patent.

Quod hiſtorijs nouiſſimis magis ſit adhærendum, propter mutationes, quæ per tempora accidunt in terra. Cap. V.

IGitur deſcriptionis aggreſſio, tali forſitan continetur propoſito: uerum quum in omnibus locis, quæ non penitus uel propter magnitudinis exceſſum, uel quia non ſemper eodem ſe habeant modo, deprehenſa ſunt, ſemper unumquodq; tempus hiſtoriam tanquam certiorem præferre ſolet: ita etiam in Geographia accidit. Conſtat enim per ipſas temporum traditiones, multas partes continentis terræ, quæ à nobis habitatur, nondum propter difficilem magnitudinis peragrationem ad notitiam perueniſſe. Quaſdam uero non tales ac fertur eſſe, eorum culpa qui hiſtorias exceperunt fabuloſiſſimas. Nonnullas autem nunc longe aliter quàm olim habere, uel propter particulares earum deuaſtationes, uel etiam immutationes. Vnde neceſſe eſt, ut ibi nouiſſimis temporis noſtri traditionibus, penitus quaſi adhæreamus, obſeruantes obiter & hiſtoriæ antiquæ expoſitionem, necnon prædictorum diiudicationem, ut liquere poſſit, quid fide dignum, quidúe ſit erroneum.

COMENTARIA *in quintum caput.*

INtentio Ptolemæi in hoc capite eſt declarare cui hiſtoriæ adhærendum ſit. Quoniam poſtquam declarauit quod tota Geographiæ ueritas, pendet ab obſeruatione, & quod obſeruationes multis fiunt modis, ac etiam poſt quã oſtendidit quod uera deſcriptio locorum ſit per longitudinem & latitudinem, aut per latitudinem, poſitionem, & diſtantiam, aut per diſtantiam & poſitionẽ, ait

ait nūc quod recentioribus historiis danda est fides. Ratio igitur cur dāda est fides historiæ recentiori redditur ab eo. Regna inquit mutantur ac etiam regiones quæ olim inhabitatę erant nunc habitatæ existunt. hoc totum a b experientia comprobatur. Germania olim inculta & inhabitata erat, nunc cultissima & habitatissima. Græciæ Imperium euanuit, ac etiam Aegyptiorum Carthaginensium & reliquorum. Imo ut uno uerbo dicam à tempore Ptolemæi usque ad hanc ætatem omnia Imperia & regiones mutatæ sunt. regiones enim quæ olim habitatissimæ floridissimæ & ciuitatum plenæ erant nunc uix nominantur, ut de Græcia, de Aegypto, de Iudæa & de pluribus Aphricæ & Asię partibus apparet. adde quod ubi nunc est terra, olim fuit aqua, & ubi aliquando fuit aqua nunc extant felicissimæ ciuitates, ut apparet de Venetia Vrbium regina. Priscæ ætatis Viris ignotus Nouus Orbis permansit, ac etiam totum Aphricæ residuum, simul cum insulis multis, & reliquum Asiæ. Iter Marci Pauli Veneti fabulosum existimatum fuit, at nunc compertum uerissimum ob nauigationum obseruationem est. Multæ inuentæ sunt uersus Septentrionem regiones, antiquis ignotæ, imo antiqui uix quartam agnoscebant partem terrę, nunc uero totam notam esse nauigationes & itinera ostendunt. Hac de causa igitur historiis nouis quando à proficiscentibus doctis, & iudicio præditis scriptæ sunt, danda est fides & secundum eorum positionem describenda sub longitudine & latitudine & recta symmetria est terra, & ipsius partes regna Imperia & alia, ac mores ritus religiones habitus exercitia & reliqua.

Germania olim in[culta] nunc, culta existi[t]

Marci pauli uene[ti] iter fabulosum existimatum est

De Geographica Marini enarratione. Cap. VI.

Marinus itaq; Tyrius, nouissimus eorum qui nostro fuerunt tempore, parti huic summo studio incubuisse uidetur. Patet enim plurimas eum historias euoluisse, ultra eas etiam quæ prioribus cognitæ fuerant temporibus ac scripta fere omnium qui eum præcessere, diligentissime percepisse. Quoniam ea quæ minus decenter, tam à priscis illis, quàm à semetipso credita fuerant, decenti primum rectificatione exornauit: quemadmodum ex æditionibus ipsius emendatioris tabulæ Geographicæ (nam plures sunt) considerare licet. At si cerneremus, nihil in ultima sua deesse compositione, possemusq; ex solis monumentis illis, orbis designationem perficere, nullum ulterius in hac re laborem susciperemus: uerum cum manifeste liqueat, quædam eum cum minus fide digna perceptione collegisse, sæpius prætcrea in descriptionis institutione, nec facilitatis, neq; de dimensionibus debitam curam habuisse: iuste moti sumus, ut uiri huius negocium susceptum, quantum operęprecium arbitramur, ad rationabiliorem, & utiliorem reduceremus modum. Quod quidem quàm succinctius possumus, facere conabimur, considerantes, breuibus nos ea, quæ ad utranq; speciem conferunt, ratione quadam consequi posse. Ac primum quidem ab historia initium faciemus, secundum quàm existimat ipse, & longitudinem terræ cognitæ plus ad orientem, latitudinem uero

ad meridiem produci oportere. Merito enim uocabimus totius superficiei distantiam, ab ortu occasum usq;, longitudinem, eam uero quæ est ab arcto, meridiem uersus, latitudinem. Quoniam & parallelos, iuxta motum cœlestem, eodem appellabimus nomine. Sed & uniuersaliter quidem distantiæ maiori, recte longitudo est attribuenda: siquidem planè hoc ab omnibus concessum est, quòd orbis terrarum distantia, ob ortu uersus occasum, longe maior existit, quàm ea quæ à Septentrione est ad meridiem.

COMMENTARIA IN *Sextum Caput.*

POstquam Ptolemæus in præcedenti capite docuit quod recentioribus histo rijs geographus adhærendus sit, in hoc ostendit non solum ab errore historiæ, geographię imperfectionē oriri sed à Geographo: quoniā si male geographus interpretatus sit historiā, uel male situauerit loca ab historia assum pta, & descriptio inconcinna erit, & imperfecta. Vnus eorum qui male usi sunt hi storia, fuit Marinus Tirius, postremus omniū geographorum qui ante Ptolemęi tempus fuerunt. Marinus enim (ait ipse) plurimas legit historias, sed in colligenda ueritate, iudicio abusus est. quoniam etsi plurimas legit historias, eam tamen sequutus est, quæ minus erat fide digna. In Examinanda Marinus longitudine ter ræ errauit maxime, ac etiam in examinanda latitudine. deinde in terminandis regionibus & intradenda regula describendi orbem in plano. quod igitur in his ma xime allucinatus est Marinus, Ptolomæus inferius & rationibus, & demōstrationibus pluribus ostendit, principia tamen ab historia sumendo. primum igitur totam emendat latitudinem terræ statuitque terminos ipsius, deinde, examinat longitudinem, eamque terminat, in postremo loco emendat descriptionem Planam sphæræ terrestris Prouinciis & regiōibus terminos assignat in sequētibus libris. In calce huius capitis Ptolemæus rationem reddit cur ab ortu ad occasum longi tudinem uocat, à meridie ad septētrionem latitudinem. Propterea (inquit) quod & Parallelū iuxta motum cælestem eodem appellabimus nomine, adde etiam quod lōgitudo stellarum sumitur ab occasu ad ortum, & latitudo à meridie ad sēptentrionem. ac etiam in omni superficie quadritatem denomināda, pars longior longitudo, & reliqua latitudo appellatur. & cum terra cognita longior sit ab occasu ad ortum, quam à Meridie ad septentrionem, ideo patet cur dicimus longitu dinem ab occasu ad ortum, & latitudinem à meridie ad septentrionem. reliqua supra diximus.

Rectificatio distantiæ latitudinis terræ cognitæ, ex apparentibus secundum Marinum. Cap. VII.

Rimum igitur latitudinis terminum præsupponit ipse Thylen sub parallelo, qui borealissimam terræ nobis cognitæ partem segregat. Parallelum uero hunc demonstrat ab æquinoctiali distare ad summum partibus 63. qualium est circulus meridianus trecentarum sexaginta: stadijs uero milibus triginta, ac insuper mille quingẽtis, ita, ut pars una quingenta fermè comprehendat stadia. Deinde Aethiopum regionem quæ uocatur Agisymba, & Trassum promontorium sub eo ponit parallelo, qui australissimum terræ cognitæ finit terminum, quem etiam sub hyberno ponit tropico: ita ut secũdum ipsum, tota orbis latitudo, iuncto tropico hyberno partium fiat octuaginta septem, stadia uero compleat quadraginta & tria milia quingenta. Quinetiam rationabiliter finẽ australis demõstrare conatur, per apparẽtia quædã, ut ipse putat, necnõ per itinera, quæ & terra et mari historijs sunt prodita. quæ singula quasi ex transcursu consideranda erunt. Sane in enumeratione apparentium, compositione sua tertia, ita ait.

Zodiacus in zona torrida totus super ipsam apparet, quapropter in ea transmutantur umbræ ac omnia astra occidunt & oriuntur. Sola autem Vrsa minor tota supra terram apparere incipit, in borealioribus Ocele, stadijs quinque milibus quingentis. Parallelus enim per Ocelem partibus eleuatur undecim ac quinta duplici. Ab Hipparcho autẽ traditur, minoris Vrsæ stellam borealissimam, ultimam autem caudæ, à polo distare partibus duodecim, quintisque duabus. Porrò ijs, inquit, qui ab æquinoctiali ad æstiuum progrediuntur tropicum, polus borealis semper plus supra horizontem attollitur, australis uero, plus sub horizonte deprimitur. Qui uero ab æquinoctiali ad brumalem pergunt tropicum, ijs polus australis supra horizontem eleuatur, borealis uero sub horizonte mergitur.

Igitur per hæc solum exponit quæ accidere debent locis, quæ sub æquinoctiali sunt, uel inter tropicos posita. At qui, si etiam ita se habeat historia, apparentia tamen in locis, æquinoctiali australioribus, nequaquam apposuit, ueluti quænam stellæ super uerticem fiant, in locis illis, quæ æquinoctiali sunt australiora, aut quãtum ad austrum declinent umbræ meridianæ in æquinoctijs, utrumue Vrsæ minoris stellæ omnes oriantur & occidant: ac rursus quænam ex ipsis penitus non appareant, quum polus australis super horizontem eleuatur. In cæteris inde dicit, quædam obseruata esse apparentia, uerum nec illa propositum ullo pacto ostendere possunt.

Ait enim eos, qui ex India in Lymiricem nauigant (quemadmodum narrat

Diodorus Samius in tertio) Taurum in medio habere cælo, Pleiades uero secundum antennas medias. Qui uero ex Arabia in Azaniam feruntur, nauigationem dirigere ad meridiem, & stellam Canobum, quæ ibi Equus uocatur, estque austra lissima. Cæterum astra quædam apud illos apparent, quæ apud nos ne nominantur quidem.

Canisque Anticane prior oritur, & Orion ante cõuersiones æstiuas totus. Ex his igitur stellis appparentibus, quædam manifeste ostendunt, quænam habitatio nes æquinoctiali sint borealiores, ueluti Taurus & Plias quæ super uerticem fiunt, nam astra hæc æquinoctiali sunt borealiora, quædam autem nihilo magis borealioribus australiores esse demonstrant. Canobus enim apparere potest etiã ijs, qui longe æstiuo tropico sunt septentrionaliores. Multæque stellæ, quæ semper apud nos sub terra sunt, in locis qui nobis sunt australiores, ac etiam ijs qui æquinoctiali sunt borealiores, uelut ijs, qui circa Meroem habitant, super terram fiũt Quemadmodum Canobus ipse, qui nobis borealioribus hic minime apparet. Et hunc quidem meridionaliores, & nullum alium, qui nobis sit incognitus, Equum uocitant. Adijcit & ipse mathematicis rationibus deprehensum esse, Orionem totum ante conuersiones æstiuas apparere, ijs qui sub æquinoctiali habitant. At canis oriri incipit, priusquam Procanis, ijs qui sub æquinoctiali habitant, et ab ipsis Syenem usq;, ita, ut nec horum quoq; apparentium peculiare existat, ostendere habitationes aliquas, æquinoctiali esse australiores.

Eadem rectificatio ab emensione itinerum. Cap. VIII.

PRoinde in itinerum emensione, dum per terram singulatim profectionum computat dies, à Lepti magna usque ad regionem Agisymbam, hanc æquinoctiali australiorem esse stadijs uiginti quatuor milibus sexcentis octuaginta colligit. Rursusq; secundum dies nauigationis per mare, à Ptolemaide, quæ est in Troglodytica, ad Prassum promontorium, æquinoctiali id australius esse colligit, stadijs uiginti & septem milibus octingẽtis: ita ut & Prassum promontorium, & Agisymbam regionem, quæ Aethiopum est, & quæ, ut ipse dicit, nec dum Aethiopiam ab austro disterminat, ad oppositum eorum producat, qui gelidam inhabitant zonam. Si quidem uiginti septem milia & octingenta stadia, constituunt in æquinoctiali partes quinguaginta quinque & tertias quinque, quot & ab altera æquinoctialis parte distant, ac sub similis frigiditatis qualitate, Scythæ degunt & Sarmatæ, qui septentrionalia Mæotidis incolunt paludis. Contrahit igitur & ipse numerum expositorum stadiorum in summam dimidio minorem, hoc est, in stadia duodecim milia: quot fermè hyemalis tropicus

distat

distat ab æquinoctiali. Addit & contractionis huius solummodo diuersiones à uijs rectis, necnon irregularitates itinerum causas esse, omissis potioribus & propotioribus, ex quibus non solum diminutio necessaria uidetur, sed etiam ut ad tam paruum redigatur numerũ. Primum enim de itinere quo à Garama ad Aethiopiam itur, Septimium Flaccum, ait, qui in Libya militauerat à Garamantibus, ad Aethiopes, quũ ad meridiem perrexisset, trium mensium spacio peruenisse: Iulium uero Maternum à Lepti magna, quum Garamantes ex Garama Aethiopes inuasissent, mensibus quatuor ad Agisymbam Aethiopum regionem applicuisse, quum iter semper ad meridiem direxisset, quo in loco Rhinocerotes congregãtur. Quæ utraque etiam per sese incredibilia sunt, tum quia Aethiopes interiores, nõ tantum à Garamantibus segregantur, ut trimestri distent itinere: Quum iam ipsi potius Aethiopes existant, & eundem quem & illi habeant regem: Tum etiam penitus ridiculum est, incursionem regis contra subditos super unam distantiam solam factam fuisse, nempe à septentrione ad meridiem: quum gentes illæ, utrinq; & ad ortum & occasum latissime extendantur, ac nullibi eum moras relatu dignas fecisse. Quapropter certum est, uiros illos falsa nunciasse, aut sic ad meridiẽ dixisse, quemadmodum indigenæ dicere cõsueuerunt in Austrum, aut in Aphricũ pro certiori, eo quod magis notum est abutentes.

Eadem rectificatio à nauigationibus exactis. Cap. IX.

POstea de nauigatione inter Aromata & Rapta, Diogenem quendam ait, qui in Indiam nauigarat, ac secundo fuerat reuersus, quum prope Aromata, nauigasset à Septentrione arreptum esse, quumq; Troglodyticam à dextra habuisset, diebus uiginti quinq; ad paludes, ex quibus Nilus fluit applicuisse, quibus Raptorum promontorium paululum est Australius. Theophilum autem quendam ex ijs, qui Azaniam nauigare consueuerunt, à Raptis soluisse, ac Austri flatu, die uigesimo ad Aromata peruenisse. Verum neuter horum, quot dierum nauigatio illa esset, aperuit, sed Teophilus se die uigesimo illac applicuisse, Diogenes uero diebus 25. Troglodyticam præternauigaße dixit, solum referentes quot diebus nauigassent, minime autem aduertentes, quot dierum nauigatio illa, propter uentorum in tanto tempore irregularitatatem & mutationem esset, neq; utrum tota nauigatio illa ad Septentrionem, aut meridiem facta fuisset. Verum Diogenes se tantum Septentrione impulsum esse. Theophilus autem solum austro nauigasse retulit: reliquam autem nauigationem, quòd eundem semper tenorem seruauerit, neuter dixit. Quod enim naues illæ tot diebus, eodem fuerint impulsæ uento, haud-

quaquam

quaquam est credibile: ac ideo distantiam eam, quàm Diogenes, inter Aromata & paludes, quibus Raptum promontorium australius existit, 25. emensus est diebus. Theophilus à Raptis ad Aromata, longè maiorem 20. diebus exegit. Theophilusq; diei ac noctis nauigationem mille esse stadia supposuit cui rei licet ipse astipuletur, ait tamen nauigationem eam, quæ à Raptis ad Prassum promontorium ac multorum est dierum, 5000. tantum à Dioscoro stadiorum supponi: quum facile, ut par est, uenti sub æquinoctiali mutantur, ac ideo secundum ipsum etiam solis transitus ad obliqua celeriores ponuntur. Ob hęc igitur magis decuisset, ut relatæ dierum multitudini, fidem haud præstitisset. Et ideo etiam, quod omnium manifestissimum est, quod Aethiopes & Rhinocerotum conuentum ex opposito gelidæ constituit zonæ, quum ratio ipsa dictitet omnia, quæ sub eadem aeris qualitate posita sunt esse similia, siue plantæ sint, seu animalia, imitariq; similitudines cœli, quæ sub eisdem sunt parallelis, aut illis qui æqualiter ab utroq; distant polo. Quapropter Marinus, solum usque ad tropicum hybernum contraxit distantiam, nulla rationabili causa de contractionis quantitate reddita. Quod si quis & dierum numerum & seriem acceptaret peragrationum, quemadmodum ipse fecit, hæcq; seruaret, quantitatem solum diurnorum stadiorum præter modum & consuetudinē minueret, antequam terminus ad eum perueniret parallelum, ad quem ipse uenire censet oportere. Atqui contrarium potius sequi deberet. Nempe ut possibilitati diurnæ paregrinationis crederetur, tenori autem perpetuo tam iuxta æqualitatem, quàm secundum positionem, minime fides adhiberetur, tanquā impossibile existat, ut distantia inquisita per hæc accipi ualeat, aut illud solum, quod ea maior fiat sub æquinoctiali: uerum rectius ab aliquo eorū quæ manifestius apparent, deprehendi potuisset, tale enim longe fuisset certius, si quis magis mathematicalius considerasset, quæ regionibus illis accidere solent. Verum cum historia talia præstare nequeat, reliquum est, ut à simplicioribus plenius consideretur rationabile quantitatis ultra æquinoctialem egreßionis. At illa per formas & colores animalium, quæ in locis illis sunt, percipi potest. Vnde sequitur, parallelum per Agisybram regionem, quæ sine controuersia Aethiopum est, nequaquam ad hybernum usq; pertingere tropicum, sed citra æquinoctialem potius terminare, non enim apud nos in oppositis locis, hoc est, sub tropico æstiuo: homines iam Aethiopum colores habent, neq; Rhinocerotes sunt, aut elephantes, sed in haud multum illis australioribus modice existunt nigri. Quemadmodum qui intra Syenem triginta habitant schœnis, qualesque sunt Garamantes, quos Marinus ob hanc causam, nequaquam sub tropico æstiuo, neque eo borealiores, sed prorsus australiores sedes habere, inquit, in locis uero circa Meroem, iam satis colore sunt nigri, & primum Aethiopes meri, ibiq; elephantum ac mirabiliorum animalium pascitur genus.

Quod non oporteat Aethiopes ſupponere meridionaliores, quàm ſit parallelus oppoſitus per Meroem. Cap. X.

Q Vapropter benehabet uſq; huc, id eſt, Aethiopes uſque, quemadmodum nobis traditio hiſtoriæ de monſtruoſis, quæ in illis degunt oris explicat, conſtatq; Agiſymbam regionem, & Praſſum promontorium, cum ijs quæ eidem ſubiacent parallelo, deſcribendam eſſe, ſub eo fermè, qui ipſi opponitur per Meroem, hoc eſt, qui ab æquinoctiali meridiē uerſus diſtat partibus æqualibus ſexdecim ac tertia una cum duodecima, ſtadijs uero octo milibus ac ducentis ferè. Ita ut ſi tota latitudo exactius colligatur, partes ſint nouem & ſeptuaginta, tertia una cum duodecima, uel integræ octuaginta, ſtadia uero milia quadraginta. Credendum præterea, diſtantiam eam, quæ eſt inter magnam Leptim & Garamam, quemadmodum & Flaccus & Maternus ſuppoſuerunt, ſtadiorum eſſe quinque milium quadringentorum. Siquidem uiginti dies ſecundi ſunt itineris, plus quam primi abbreuiati: tam ad meridiem quam ad Septentriones, quum primum propter diuerſiones dierū ſit triginta: nam & ſtadiorum numerum dierum uniuſcuiuſq;, eos qui loca illa peragrarunt, ſæpiſſime annotaſſe ferunt, non ſolum quia ita commodum, ſed & propter æquationum diſtantias neceſſarium fuerit. Proinde quemadmodum de uijs magnis, & raris dubitare oportet, præcipue ubi diſtantiæ emenſæ haud concordant, ita de non magnis, ſed ſæpius & à multis peragrantibus unanimiter relatis, credere decet.

COMMENTARIA IN *ſeptimum, octauum, nonum, ac decimum caput.*

CVm hæc tria Capita contineant examinationem latitudinis, tam ſecundum apparentiam cæleſtem, quam itinerariam, & nauigatoriam profectionem, & in decimo contineatur autoris ſententia, propterea nos omnium commentaria in unum conſcripſimus. In ſeptimo igitur capite Ptolemæus reprehendit erratum Marini, circa examinationem latitudinis, per ea quæ in ſublimi apparent, ſiue per apparentia cæleſtia. Examinauit enim Marinus latitudinem, per aliqua media, quæ non exacte ſuis conueniunt rationibus, ſed ferè multis communia ſunt. Ponit Marinus parallelum Borealem latitudinem terminantem per Thylem Inſulam, quæ quidem ab æquatore diſtat 63.gra. ſiue dando unicuique gradui ſtadia 500. ſtadii 31500.eſt Thyle in prima Europæ tabula.

bula. ac extremum auſtralem terminum locat Agyſimbam, ſub Hyberno tropico, quæ quidem eſt regio æthiopiæ; colligitur ergo tota latitudo ex Marini ſententia gradus 87. & ſtadia 43500. & quod hæc latitudo ita ſe habeat, Marinus in citato capite, per cæleſtia phenomena pluribus & ineptis rationibus oſtendit. Quoniam ea quę ſupponit ipſe, non tantummodo ſuis conueniunt locis, ſed uel citra uel ultra. rectè igitur proceſsiſſet ipſe, ſi obſeruaſſet aſtra tranſientia per uerticalia puncta, aut quantum ad auſtrum declinent æquinoctiales umbrę, ſiue rationes gnomonis & Vmbræ: uel an aliquæ aut omnes ſtellæ cõſtellationis Vrſæ minoris oriantur, & occidant; cum polus auſtrinus eis apparet. Cum igitur nullam ex dictis rebus literis mandauit, ſed ea apparentia quę communia ſunt locis & auſtrinis, & Borealibus, ſequitur ipſe male examinaſſe totius cognitę terræ latitudinem. Ocele eſt in Sexta Aſiæ tabula, in Arabia felice, in littore maris rubri, cuius latitudo eſt 12. gradus, longitudo 75. At quod hæc latitudo uera ſit, per declinationem ſtellæ polaris, ſiue caudæ urſæ minoris à polo, quæ quidē declinatio erat 12. ferè gradus, probatur. Quoniam æqualis eſt eleuatio poli latitudini regionis, ut ſupra demonſtrauimus. igitur parallelus deſcriptus diurna reuolutione ſtellæ, eſt idem cum parallelo deſcripto à ſectione meridiani, & horizontis ocelis, uerſus patentem polum. igitur cum ſtella fuerit in meridie, tetigerit horizontem. Sed per monumenta Hipparchi diſtantia ſtellæ à polo erat 12. ferè gradus, & per ea quæ Marinus, ſiue etiam Ptolemæus literis mandauit, ſtellæ omnes prædictæ vrſæ, accidunt Ocele præter caudam, quæ horizontem tangit. igitur & tanta eſt regionis latitudo, quanta eſt diſtantia huius ſtellæ a polo. quod eſt intentum. Hæc ſtella non tantum à polo diſtat nunc, quantum diſtabat; imo eſt nunc prope polum, diſtatq; ab eo per 4. tantumodo gr. eo quia eius declinatio eſt fere 86. grad. Quandocunque latitudo regionis tanta fuerit quanta & declinatio alicuius ſtellæ, tunc ſequitur ſtellam tranſire per uerticis punctum illius. Quoniam declinatio ſtellæ, ut diximus, eſt arcus meridiani inter æquatorem & ſtellam, & latitudo regionis eſt arcus meridiani inter æquatorem & Verticalem ipſius regionis punctum. igitur ſequitur quod cum declinatio ſtellæ eſt æqualis latitudini regionis, quod parallelus regionis eſt idem cum parallelo ſtellæ, ex eo quia à punctis æqualiter remotis ab æquatoris circunferentia, æquales deſcribuntur paralleli, & cum plura puncta in uno fuerint parallelo, diurno motu deſcripto, & aliquis erit locus uno illorum punctorum ſubiectus, quod omnia una reuolutione ſuper locum datum tranſibunt: quod eſt intentum. Vmbræ enim ut diximus ſub zona torrida, mutantur. Limiricæ regio in India ſita eſt, inter Pſeudoſtomum & Barium fluuiū numeratur in tabula 10. Aſiæ, ſub longitudine grad. 118. & ſub latitudine 15. Azania regio eſt Aethiopiæ ſub Aegypto, in quarta Aphricæ tabula ſub æquatore, parum à Mari Rubro diſtans. Canobus eſt ſtella primæ magnitudinis in conſtellatione nauis, cuius longitudo eſt in grad. 6. & m. 30. ferè Cancri. latitudo meridionalis grad. 72. minu. 30. & eius declinatio eſt 49. grad. ferè meridiem uerſus. hæc incõſpicua manet Europæ. Dum Ptolemæus dicit Canis oritur ante Canem, per Canem intelligitur Canis maior ſiue Syrius, & per ante Canem intelligendus eſt Canis minor ſiue Procion. Canis maior diſtat ab æquatore 16. grad. meridiem uerſus. & anticanis 7. ferè pari modo meridiem uerſus. At cum Canis plus diſtat ab Ecliptica quam anticanis, Ortus igitur Chronicus Matutinus, eſt prius ortu Procionis, de hoc enim intelligit Ptolemæus. ſed hoc minime particulare accidit loco unius prouinciæ. ſed eſt commune multis partibus extra æquatorem meridiem uerſus, apparet igitur falſitas Marini. Hic aduertendum eſt, Quod habere taurū in medio cæli, eſt eſſe in Zenit capitis ſecūdum Ptolemæi dicta. & Pleiades in media antenna, declinare à Vertice aliquantulum.

quantulum. Improbata latitudine Auſtrina, terminata à Marino ex Phænomenis, ſiue apparentibus obſeruationibus, non illi regioni particularibus; deſcendit Ptolemæus ad improbandam eandem latitudinem ex itineraria hiſtoria. Quoniam Marinus dum oſtendere conatur terminum auſtrinum latitudinis in maximũ errorem incidit. ait enim Lepti magna ad Agyſimbam regionem, eſſe 24680. ſtadia. Ait etiam aliquos nauigaſſe a Ptolemaide Trogloditica ad Praſſum promontorium & numeraſſe 27800. ſtadia. Si hæ diſtantiæ ita ſe habẽt ait Ptolemæus, Agyſimba & Praſſum promontorium ſub extremo ferè auſtralis temperatæ Zonæ ſunt quoniam 24680. ſtadia æquiualent 49. gradibus æquatoris & 27800. æquiualent gradibus 55. igitur cum hęc nauigatio & hoc iter ſint uerſus æquatorẽ, ſequitur latitudinem harum regionum eſſe ut diximus, uerſus meridiem, ſed ii qui habitant ſub latitudine 55. graduum & 49. in parte oppoſita ſcilicet uerſus Septẽtrionem ſunt ferè in extremis partibus temparatæ Zonæ & finis unius rei participat de natura alterius igitur habitatores harum regionũ ſubiectarum gradibus ſupradictis ſunt quaſi ſub gelida Zona. Sed quem admodum experientia docet habitatores ſub oppoſitis parallelis æquales ut plurimum habent & aeris temperiem, figuram corporis, & colorem, quia Sol tantum remouetur ab una parte quantum ab alia, & ab æquati Solis remotione æquales cauſant aeris temperaturæ, quoniam eius radii cum paribus angulis terram percutiunt, & ab æquatibus angulis æquales fiunt reflexiones, ab æquatibus denique reflexionibus æquales cauſantur auræ, & qualitates aeris, igitur manifeſtum reliquitur quod auſtralis terra Marini non eſſet diſsimilis terræ ſcytharum, Anglorum & reliquorum Septentrionalium Populorum. Sed ii qui habitant praſſum & Agiſymbam ſunt nigri, aſtenuati & contorti, & ſimiles Aethyopibus, igitur Praſsum & Agiſymba non ſunt ſub dictis latitudinibus. At quia Marinus hanc uiderat ſequelam, ideo ut oſtenderet, ueram ſuam opinionem eſſe, dimidiauit ſtadia ob uiarum obliquitatem, & ſic poſuit auſtralem terminum ſub hyberno tropico. Ptolemæus autem citat locum Marini in quo mentionem fecit de duobus aliis itineribus, quorum diſtantia intacta relicta fuit ab eo, hæc itinera confecta fuerunt à Septimio flacco, & a Iulio materno, quę itinera improbat Ptolemæus. unũ eorũ fuit trimeſtre, & aliud quadrimeſtre impoſsibile eſt ait autor, quod uerſus interiorem Aethiopiam, tantum conſumetur tempus in itinere, niſi manſiſſent in aliquo loco, igitur ridicula eſt Marini ſentẽtia de latitudine terræ. Duo loca dicunt eſſe ſub oppoſitis parallelis, quãdo tanta extat unius latitudo, quanta alterius, ſed ad oppoſitas æquatoris partes, ac etiam duo loca ſibiinuicem opponi dicuntur, quando ſub ęqualibus & oppoſitis ſunt latitudinibus, & ſub uno meridiano. Vt plurimum ſub oppoſitis Parallelis, æqualis extat aeris temperies ac etiam ſimilia naſcuntur animalia, & reliqua ut experientia docet de partibus noui orbis. Leptis magna eſt ea quæ Napolis dicitur in Aphrica minori, in ſecunda Aphricæ tabula, ſub longitudine 42. gradus & latitudine 31. Garama eſt metropolis Garamãtum, in interiori Lybia, in quarta Aphricæ tabula, ſub longitudine 43. grad. & latitudine 21. Ptolemais troglodítica, eſt in Aethyopiam, ſub ægypto, in quarta Aphricæ tabula, ſub longitudine 66. grad. & latitudine 6. Agiſymba eſt ſub longitudine 32. grad. & latitudine auſtrina, 10. grad. Praſſum promontorium habet in longitudine grad. 80. & in latitudine grad. 15. meridionales. reliqua capitis octaui ſunt clara.

Deſcendit Ptolemæus in nono capite ad improbãdas examinationes Marini circa latitudinẽ per nauigationes factas. Accepit ipſe Nauigationẽ cuiuſdã Diogenis, ab Aromatis ad Raptum promontorium confectam 25. diebus, aquilone ſpirante: ac etiam Theophili, qui nauigauit à Rapto uſque ad Aromata, flante au

 ſtro,

ſtro,nauigationemque confecit in ſpatio,20,dierum.Hiſtoria autem harum naui gationum ſcripta,eſt ſine poſitione, ac etiam ſtadiorum enumeratione . per hanc igitur Marinus non recte potuit examinare latitudinem auſtrinam, & terminum illius ſtatuere.Quoniam impoſsibile eſt tantum conficere ſpacium, flāte uno uē-to. Ptolemæus igitur reprehendit Marinum de hac examinatione . examinauit enim rem per incertam & dubiā hiſtoriam,Adducit etiam aliam Marinus nauigationem, dicit ipſe Dioſcorū quendam nauigaſſe à Rapto ad Praſſum promontorium,hæcque nauigatio ſupponitur à Marino,5000,ſtadiorum,ac facta multis diebus . redit huius tarditatis rationem, dicens, quod fuit ob lentam Venti ſpirationem , quoniam ait ſub æquatore pauci generantur uenti,ob maximum ſolis calorem,hac de cauſa Velociora ſunt Itinera verſus ęquinoctialem,itineribus ab æquatore factis . Ventus enim extra zonam torridam generatur ob eleuationē uaporum,& exhalationum,ſol enim ibi ob debilitatem radiorum,nō poteſt conſumere exhalationes,ideo in uētum tranſeunt.Marinus,(ait Ptolemæus)locauit Agyſimbam ſub Capricorni tropico,propter inconuenientia maxima,quæ ſequebantur ſi ſecundum nauigationem eam locaſſet extra tropicum dictū . Extra tropicum autem non ſunt Elephantes, neque Rhinoceretes ob frigiditatem aeris. cum ipſe ſciebat per hiſtoriam dictarum nauigationum,& itinerum,in Rapto & Agyſimba eſſe Elephantes,Rhinocerotosque iudicauit eam non extra tropicum eſſe,ut hiſtoriæ cogebant eum ponere Raptum & Agyſimbam. Igitur concluditur, Marinum nō ab hiſtoria itineraria ſola,non a qualitate regionis ſola,Agyſimbam ſub Capricorni tropico locaſſe,ſed partim ab hiſtoria,partimque à regionis qualitate.Non igitur,concludit Ptolemæus,ita ſe habet latitudinis terminus ut Marinus poſuit.

Improbatis itineribus & Nauigationibus Marini, & per cōſequens terminis latitudinis,Ptolemæus deſcendit ad ferendam ſuam de huius rei negotio ſententiam. Dicit igitur Agyſimbam, & Praſſum promontorium,non ſub brumali tropico eſſe,ſed ſub oppoſito parallelo per Meroem hanc ſuam probat ſententiam . ſub oppoſitis Parallelis ſimilia generantur Animalia , & reliqua , ſed in Praſſo promontorio , & Agyſimba,ſunt homines,Animalia,Plantæ, & reliqua , ut ſunt ſub Parallelo per Meroem,igitur & eadem eſt latitudo Meroe,& Agyſimbæ. ſed Meroe latitudo eſt 16.gr.& m.25 . igitur & latitudo Agyſimbæ eſt 16. gra. & m. 25 .ferè.omnia ad mentem Autoris ſunt per ſe nota.diſtantia igitur Agyſimbæ & Praſſum promontorium ab æquatore eſt ſtadiorum, 8200. ferè.Ex his concludit deinde totius latitudinis quantitatem eſſe 79.gradus & m.25.& non 87.ut Marinus poſuit.quia additis 16. gradib.& 25. Minutis, 63.gradibus latitudinis Thylē inſulæ,conficiunt.79.gr.& m.25 .qui ſunt gradus latitudinis cognitæ. Infert deinde ueram eſſe profectionem Flacci & Materni ſuperius dicti . quoniam dixerunt quod à Lepti ad Garamam erant 5400,ſtadia,quæ quidem ſtadia bis fuerunt emē ſa,à Lepti ad Garamam,& a Garama ad Leptim.eſt igitur latitudo terræ non,87 gradus ut Marinus ſuppoſuit ſed 80.ferè. hocque fuit concludendum.

De

De ijs quæ ad longitudinem orbis non recte à Marino sunt excogitata. Cap. XI.

IGitur ex his nobis plane factum est perspicuum, quantum orbis latitudo extendi poßit: longitudinem uero Marinus contineri facit sub duobus meridianis, qui interualla horaria disterminant quindecim: nobis uero uidetur & ea quoque distãtiæ mensuratio plus extendi ad ortum quã oporteat, etenim si hic quoque contractio facta fuerit rationabilis, tota longitudo non integris duodecim interuallis horariis constabit: quum insulæ Fortunatæ occidentalissimo termino constituantur æquales, orientali autem immanissimæ partes Seræ, ac Sinæ, nec non Cattigaræ. Porrò in distantia, quæ est ab insulis Fortunatis ad Euphratis trãsitum, per Hieropolim, si parallelus, qui per Rhodum est, obseruetur, quadrabit numerus stadiorum per singula loca ab ipso relatus, nam id ex frequenti itineris usu compertum est. Quin etiam si ex maioribus ratiocinatum fuerit distantiis, apparebit, eum in rectificatione illius, quod propter diuerticula & profectionum redundabat irregularitates, debitum assequutum esse. Sed & in hoc quoque recte sentit, partem unam qualium est circulus maximus tricentorum sexaginta, quingenta in terra constituere stadia, id enim confeßis dimensionibus consonum existit. Circunferentiam autem ipsi similem paralleli eius, qui per Rhodum transit, hoc est, qui ab æquinoctiali adest partibus triginta sex, quadringenta ferè comprehendere stadia, nam id quod iuxta consentaneam parallelorum rationem superat, quum in exactiori deprehensione modicũ existat, obmittendum est. Cæterum distantiam eam, quæ à prædicto Euphratis trãsitu, usq; ad turrim est lapideam, ac per ipsum esse colligitur schœnorum octingentorum septuaginta sex, stadiorum uero uiginti & sex milium necnon ducentorum octuaginta: eam præterea quam ipse à lapidea turri, usque ad Seras, quæ Serum est metropolis, uiæ septimestris, esse, stadiorum autem triginta sex milium et ducentorum asserit: utranque tanquam sub eodem parallelo, secundum institutũ nostrum, in debitam contrahemus rectificationem: Quandoquidem constat, eum in ambobus itineribus nequaquam minuisse id quod propter diuerticula superabundabat: quin in secundo etiam itinere in eosdẽ incidisse errores, quibus et in itinere à Garamantibus usque ad regionem Agisymbam, lapsus est. Nam et ibi quoque collectum stadiorum numerum mensium quatuor, & dierum quatuordecim plusquam in dimidiam partem contrahere fuit coactus. Quum incredibile sit, tã longo tempore continuam peregrinationem factam fuisse, ut rationabiliter spacium septem mensium attingere potuisset: & multo magis quàm in itinere à Garamantibus, nam illud à regionis illius Rege, cum prouidentia, ut par erat, & nõ

fortuito peragrari potuit, sed & perpetua ibi fuit tranquillitas: uia autem quæ est à turri lapidea ad Seras usque, uehementissimis obnoxia est tempestatibus. Nam ex ijs, quæ ipse supponit parallelis, illis per Hellespontum & Byzantium transeunt subiecta est. Quapropter multas etiam in eundo moras accidere necesse fuit. Nam & per negotiationis occasionem cognita est. Refert enim Marem quendam, qui & Titianus uocabatur, uirum Macedonem, ac patre mercatore natum, dimensionem hanc conscripsisse, licet ipse nunquam ad Seras accessisset, sed solum quosdam illac misisset. Atqui & ipse Marinus mercatorum historijs nequaquam fidem adhibere uidetur. Nam Philemonis relationi, qua longitudinem solæ Hyberniæ ab ortu occasum usque uiginti dierum esse tradidit, haudquaquã astipulatur, quoniam uidebatur hoc à mercatoribus percepisse, quos mercatura occupatos, ueritatis indagationem haud curare ait: quin sæpius distantias arroganti quadam iactatione augere. Proinde de peregrinatione ista mensium septẽ, nil aliud memoratu dignum, quàm quanta fuerit, ab ijs, qui illam exegerant, relatum esse, monstro simile, ob temporis prolixitatem esse uidetur.

Emendatio longitudinis terræ cognitæ à peregrinationibus. Cap. XII.

PRopter hæc itaq;, & quia iter non sub uno sit parallelo, sed turris lapidea posita sit circa eum, qui per Byzantium, Seræ autem magis australes, sub eo, qui per Hellespontum scribitur rationabile uisum fuisset, & hic quoque multitudinem stadiorum, quæ ex septimestri collecta est itinere, triginta sex miliũ ac ducentorum, minus quam in semissem diminuere. Cæterum in dimidium, tanquam plenioris deprehensionis gratia, tantum contrahuntur, ita, ut exposita distantia esse computetur stadiorum decem et octo milium, ac centum, necnon quartæ unius, partium uero quadraginta quinque ac quarta una. Etenim absurdũ esset, & satis à ratione alienum, ut quis in utraque uia tantam supponeret diminutionem, ac in illa ab Garamantibus, quia argumenta resisterẽt hoc est, propter differentias animalium quæ per Agisymbam sunt regionem, ac loca naturalia transcendere nequeunt, ipsius sequeretur opinionem: in illa tamen uia, quæ est à turri lapidea, ea quæ rationi sunt consona acceptare nolet quoniam ibi nullum tale esset argumentum, ex quo simile quid sequeretur. Sed per totam distantiam, siue ea maior existeret siue minor, similem esse cæli qualitatem contenderet, ac si quis nequaquam recte per modum philosophiæ peculiarem coniectare posset, nisi in iis, quæ penitus manifesta essent. Proinde distantia prior, eã inquã, quæ ab Euphrate ad lapideam est turrim, octingentorum septuaginta sex schœnorum, propter uiarum diuerticula, ad octingentos

schœnos

schœnos tantum, stadia uero uiginti quatuor milia contrahenda est. Credatur enim ei, quod in continuitate illa, & per partes commensuratas, iamque peragratas, ueram assequutus sit dimensionem. quod uero diuerticula habeat plurima, ex iis manifestum est, quæ Marinus ipse supponit. Concedatur enim uiam, quæ ab Euphratis traiectu per Hierapolim est ad Tigrim, et inde per Garameos Assyriæ & Mediæ in Ecbatanas, & portas Caspias, per Parthiamq; in Hecatonpylum, incidere circa parallelum, qui per Rhodum transit: nam ille secundum ipsum etiã per dictas scribitur regiones. Viam tamen, quæ ab Hecatonpylo in Hyrcaniam ciuitatem ducit ad septentrionem declinare necesse est, quum Hyrcania ciuitas, quodammodo in medio posita sit paralleli, qui per Smyrnam, & eius qui per Hellespontum est. Quapropter is qui Smyrnam trãsit, super ipsam Hyrcaniæ regionẽ scribendus est, qui uero per Hellespontum, per partes australes maris Hyrcani, quæ parum septentrionaliores sunt, quam eiusdem nominis ciuitas. Rursus uia ab hac in Margianam Antiochiam per Ariam, primo quidem ab Aria, quæ sub eodem parallelo sita est, qui per Caspias transit portas, ad meridiem declinat: inde ad Arctos, quum Antiochia illa collocata sit sub parallelo, qui per Hellespontũ transit, à qua, uia quæ ad Bactra ducit, protenditur ad ortum: quæ uero inde sequitur ad ascensum regionis montanæ Comædorum ad septentriones. At illa, quæ per montana ipsa est, usque ad uallem, quæ campestria excipit, ad meridiem tendit. Siquidem Borealia & occidentalissima montanæ regionis, ubi est ascensus, sub eo parallelo ponit, qui per Byzantium transit. Australia autem, & quæ ad ortum uergunt, sub eo qui per Hellespontum. Quapropter illam tradit reciprocam esse, ita ut modo ad ortum uergat, mox & ad austrum. Inde uiam, quæ ad turrim usque est lapideam schænorum quinquaginta ad arctos declinare par est. Etenim uallem inquit, ascendentes lapidea excipit turris, à qua montes qui ad ortum tendunt, monti coniungit Imao, qui à Palimbrotis insurgit ad Arctum. Si igitur partibus sexaginta, quæ ex uiginti quatuor milibus colliguntur stadijs, quot à turri lapidea usque ad Seras sunt, partes adiiciantur quadraginta quinq; & quarta, interstitium ab Euphrate ad Seras usque per Rhodi parallelum partium erit centum quinque & quartæ unius. Quinetiam ex iis quæ ipse per particularem stadiorum numerum, tanquam sub eodem parallelo supponit colligitur distantiam, quæ est à meridiano insularum Fortunatarum, usque ad Sacrum Hispaniæ promontorium, partium esse duarum & semis. Hinc ad Bætis ostia, & Calpem utrinque pariter partes duas & semissem: quæ uero sequitur ab ostiis Bætis Carallim usque Sardiniæ, partes esse quinque & uiginti. A Carallis autem in Lilybæum Siciliæ quatuor & semissem, ac inde ad Pachynum tres, rursusque à Pachyno in Tenarum Laconiæ partes decem. Inde Rhodum octo & quartam, à Rhodo vero ad Issum vndecim cum quarta. Ab Isso autem ad Euphraten duas ac semissem, ita ut tota hæc distantia partium esse septuaginta duarum colligatur.

Longi-

Longitudo uero totius terræ cognitæ à meridiano per insulas Fortunatas, usq; ad Seras partium centum 70. septem cum quarta una.

Eadem emendatio a nauigationibus. Cap. XIII.

PRoinde quis talem esse longitudine etiam coniectare posset per interualla, quæ ipse in nauigatione po ni t ab India, usque ad sinum Sinarum & Cattigarorum, si nauigationes secundum sinuationes & irregularitates, necnon positiones consideraret, iuxta appropinquatio nem, adiectionum. Etenim à promontorio, quod post Colchicum est sinum, Coryq; uocatur, Argaricum sinum suscipi ait, qui usq; ad Cururam ciuitatem tria milia & quadraginta contineat stadia: Corymq; Cururæ ciuitatem, quasi à Borea sitam esse. Colligitur ergo transfretationem hanc, si tertia pars iuxta consequens Gangetici sinus fuerit subducta, duorum milium ac triginta ferè stadiorum, unà cum cursus inæqualitatate existere, à quibus si continuitatis gratia iterum pars tertia dempta fuerit, stadia mille trecenta ac quinquaginta ferme deprehendentur, iuxta positionem ad Boream: quod spacium si ad parallelam æquinoctialis lineam, & tanquam ad Apiliotem traductum fuerit, per diminutionem medietatis congruenter intercepto angulo, distantiam, quæ inter duos meridianos est habebimus, & eius quæ per Cory promontorium, & quæ per Cururam est ciuitatem: stadiorum quidem sexcentorum septuaginta quinque, partes uero unius ferè cum tertia: propterea quod paralleli per loca hæc nil nota dignum à maximo differant circulo. Rursus nauigatio à Curura ciuitate, inquit, ad hybernum solis est ortum, Paluras usque stadiorũ nouem milium quadringentorum quinquaginta: à quibus si obcursus irregularitatem tertiam illam pariter detraxerimus partem, distantiam, quæ ex continuitate conflatur, & quasi uersus Eurum tendit, habebimus, stadiorum, ferè sex milium trecentorum. Porrò si ab his quoq; sextam dempserimus partem, ut distantia ad lineam parallelam æquinoctialis redigatur, meridianorum quoque horúm distantiam inueniemus, stadiorum esse quinque milium ducentorum quinquaginta, partium uero decem & semis. Inde uero sinum Gangeticum esse ponit, stadiorum decem & nouem milium, enauigationem uero illorum, à Paluris ad Sadam milia tredecim, quasi ad ortum æquinoctialem. Quapropter tertia tantum pars spacij huius propter nauigationis irregularitatem detrahenda est, ita ut & horum meridianorum distantia esse relinquatur, stadiorũ octo milium sexcentorum septuaginta, partium uero decem & septem cum tertia una. Reliquam uero nauigationem à Sada usque ad ciuitatem Tamalum stadiorum esse facit trium milium ac quingentorũ, quasi ad ortum hybernum: à

quibus

quibus si iterum tertiam deduxerimus partem habebimus cursus continui, stadia duo milia trecenta triginta: quod si ob inclinationem ad Eurum sextam et dempserimus partem, expositorum quoq; meridianorum inueniemus distantiā, stadiorum esse mille noningentorum & quadraginta, partium uero trium fere nenon semis & tertiæ. Deinde tranfretationem à Tamala, ad Chersonesum auream, stadiorum esse ponit, mille sexcentorum quasi rursus ad ortum hybernum, ita ut si ibi quoque similes auferantur partes, relinquatur distantiā meridianorum stadiorum esse noningentorum, partis uero unius, cum quintis quatuor. Distantia autem, quæ à Cory promontorio, ad auream usque est Chersonesum, partium esse colligatur triginta quatuor cum quintis quatuor.

De nauigatione à Chersoneso aurea ad Cattigaram. Cap. XIIII.

CAeterum stadiorum numerum eius nauigationis, quæ est ab aurea Chersoneso ad Cattigarā, Marinus haud explicat: refert autem Alexandrum scripsisse terram inde contrariam esse meridiei, & qui iuxta illam nauigant diebus uiginti applicare ad ciuitatem Zabas: à Zabis uero nauigantes ad austrum, magisq; in læuam, diebus aliquot Cattigarā excipere. Adauget igitur distantiam expositam, dies aliquot pro multis excipiens: nam propter multitudinem, inquit, eos haud esse comprehensos numero, quod ego quidem ridiculum censeo: quis enim dierum numerus infinitus erit, etiam si totius terræ peragratæ ambitum contineat? aut quid prohibebat Alexandrum pro quibusdam dicere multos? quemadmodum Dioscorū retulisse, inquit, nauigationem à Raptis ad Trassum multorum esse dierum. Atqui rationabilius est, ut quis dies aliquot pro paucis intelligat, nam talem dicendi modum reprehendere consueuimus. Verum ne & nos quoque multitudinem aliquam propositam, ad simplices tantum coniecturas adaptare uideamur, assumamus nauigationem à Chersoneso aurea usq; ad Cattigarā ex uiginti diebus. qui ad Zabam, necnon ex alijs quibusdam qui ad Cattigarā sunt compositam quemadmodum & nauigatio illa ab Aromatis ad Trassum promontorium, quæ & ipsa ex pari dierum numero uiginti, ad Rapta composita est secundum Theophilum, & ex alits multis, quę secundum Dioscorum sunt ad Trassum, ut & Marinum pariter imitemur, qui dies aliquot comparat multis. Postquam igitur per certas rationes, necnon ex apparentibus ipsis ostendimus Trassum esse sub parallelo, qui ab æquinoctiali abest, meridiem uersus partibus sedecim tertia una et duodecima, parallelus quę qui per Aromata transit, ab æquinoctiali uersus septētriones partibus distet quatuor & quarta, ita ut si tota distantia, quæ ab Aromatis

matis est ad Praßum, in unum contrahatur, partium uiginti & tertiarum duarum esse colligatur: forsitan non inepte totidem ab aurea Chersoneso ad Zabas ponemus, ac inde ad Cattigaram. Porrò distantiam, quæ est ab Chersoneso aurea ad Zabas, imminuere haud oportet, quoniam æquinoctiali parallela existit, & quia regio intermedia meridiano extenditur contraria: at etiam distantiam, quæ est à Zabis ad Cattigaram, quia nauigatio uergit ad austrum & ad ortum, contrahere decet, ut positionem, quæ æquinoctiali est parallela, capiamus. Si itaque dimidium partium, utrique attribuamus distantiæ, propter incertum eorum excessum, & à partibus, quæ à Zabis ad Cattigaram sunt decem cum una tertia, iterum tertiam partem, propter inclinationem detraxerimus, habebimus distantiam quoque ab aurea Chersoneso ad Cattigaram, positione sua, æquinoctiali parallelam, partium decem & septem cum sexta quasi. Atqui ostensum est, distantiam à Cory promontorio, usque ad auream Chersonesum, partium esse triginta quatuor & quatuor quintorum: tota igitur distantia, quæ est à Cory Cattigaram usque, partium fermè quinquaginta duarum esse colligitur. Verum meridianus, qui & per Indi fluminis principia, Paulo secundum Marinum occidentalior est, boreali Taprobanes promontorio, quod ex opposito Cory situm est: at Taprobane distat à meridiano, qui per Bætis fluminis est ostia, horariis interstitiis octo, partibus uero centum uiginti, meridianus uero ille qui per Bætis transit ostia, ab eo qui per Fortunatas est insulas, partibus quinque: ita ut meridianus per Cory à Fortunatis distet insulis paulo plus partibus centum uiginti quinque: qui uero per Cattigaram ab eo, qui per Fortunatas transit insulas ad illud idem promontorium paulo plus partibus centum septuaginta septem, secundum eandem fermè distantiam partium, quæ per Rhodiensem colliguntur parallelum. Sed supponatur totam longitudinem usque ad Sinarum metropolim, partium esse integrarum centum octuaginta, horarum uero duodecim, quoniam omnes consentiunt eam Cattigaris orientaliorem esse, colligentur per Rhodiensem longitudinem stadia septuaginta duo millia fermè.

De ijs quæ in particulari expositione Marini dissentiant. Cap. XV.

IGitur distantias uniuersaliter in tantum contraximus, & longitudinis ad ortũ, & latitudinis ad meridiem, propter causas expositas. Cæterũ & particulariter ciuitatũ positiones multoties emendatione dignas putamus, in quibus pugnãtes, aut non consequentes expositiones fecit, propter compositiones diffusas & uarias, diuersis æditas commentariis, quemadmodum in iis quæ opposita esse credidit. Nam Tarradonem ait ex opposito Iuliæ Cæ-

sare

ſareæ ſitam eſſe, meridianũ per hanc & mõtes Pyrenæos ſcribens, qui tamen nõ parum Tarracone ſunt orientaliores: Pachynumq; Lepti magnæ, ac Theænis Himeram opponit, diſtantia à Pachyno ad Himeram quaſi ſtadiorum quadringentorum collecta: ea uero quæ à Lepti ad Theænas eſt, ſupra mille quingentorum, quemadmodum ex ijs patet, quæ Timoſthenes ſcribit: rurſusq; Tergeſtum Rauennæ opponi inquit, & ab intimo ſinu Adriæ, qui iuxta Tiliauemptum eſt fluuium Tergeſtum abeſſe uerſus ortum æſtiuum ſtadia quadringenta, Rauennam uero ad hybernum ortum ſtadijs mille. Similiter Chælidonæas refert Canobo oppoſitas eſſe, Acamantaq; Papho, Paphum autem Sebennito: uerum diſtãtia, quæ ab ipſo à Chælidonæis in Acamantam mille ſtadiorum, necnon quæ à Canobo in Sebennitum, à Thimoſthene ducentorum nonaginta eſſe ponitur, ſi ſub eiſdem iaceret meridianis, longe maior eſſe deberet, quoniam maioris paralleli ſubtendit circunferentiam. Rurſus Piſam à Rauenna Libonotum uerſus diſtare ait ſtadijs ſeptingentis, per diuiſionem tamen climatum, necnon horariorum interuallorum, Piſam quidem in tertio interſtitio horario ponit, Rauẽnam uero in quarto, quin & quũ Nouimagium Britannia auſtralius eſſe dicit miliaribus quinquaginta nouem, Borealius tamen per climata oſtendit: Athum quoque ordinãs ſub parallelo, qui per Helleſpontum tranſit, Amphipolim tamen & loca circuniecta, ſuper Athum & Strymonis oſtia ſita, in quarto climate, ac infra Helleſpontum ponit. Similiter quum Thracia ferè tota ſub parallelo qui per Byzantium tranſit poſita ſit, uniuerſas tamen ciuitates eius mediterraneas, in climate quod ſupra hunc parallelum eſt, conſtituit. Quinetiam Trapezuntem, inquit, ſtatuemus ſub parallelo qui per Bizantium tranſit, Sataliaq; Armeniæ oſtendens à Trapezunte abeſſe meridiem uerſus miliaribus ſexaginta, ſecundum tamen parallelorum deſcription, eum, qui per Byzantiũ tranſit, per Satalia, & non per Trapezuntem ducit. Sed & Nilum fluuium ſe ueritati conſonum, deſcripturum inquit. ex quo primum à meridie ad arctos uſq; Meroem accedere uidetur, pariter & Aromatum nauigatione ad paludes, ex quibus Nilus fluit, Aparctia perfici. Veruntamen Aromata orientaliora ſunt quam Meroe: nam & Ptolemais ferarum oriẽtalior eſt, quam Meroe & Nilus, decem dierum itinere aut duodecim: Ptolemaide item orientaliores exiſtunt anguſtiæ Adulici ſinus, quæ ſunt iuxta Ocylem Cherſoneſum & Dyren, ſtadiis tribus milibus quingentis: illis uero adhuc orientalius eſt magnorum Aromatum promontorium, ſtadiis quinque milibus.

Quod eum latuere quædam in prouinciarum terminationibus. Cap. XVI.

QVinetiam circa regionum fines quædam eum latuere, quemadmodum quum totam Mysiam ab ortu, mari terminat Pontico. Thraciam uero ab occasu, Mysia superiori. Quin & Italiam à Septentrionibus solum Rhætia finit, ac Norico: sed & Pannoniam à meridie sola Dalmatia, & non etiam Italia terminari scribit. Sogdianos præterea mediterraneos, & Saccas, à meridie Indiæ conterminos esse duos insuper parallelos, & eum qui per Hellespontum transit, & qui per Byzantium, suntq; Imao monte, quia in India Septentrionalissimus est Borealiores, nequaquam per dictas scribit gentes sed potius illum, qui per medium Pontum transit.

In quibus ipse dissentit ab ijs, quę nostro æuo historijs sunt prodita. Cap. XVII.

IN his igitur & talibus, minus sibijpsi Marinus constitit, siue ob multitudinem & diuersitatem compositionum, siue quia nondum etiam in ultima æditione (uelut ipse dicit) ad tabulæ descriptionem peruenerit: per quam solum climatum horariorum interstitiorum rectificationem facere potuisset. Quædam uero ne nunc quidem præsentibus conueniunt relationibus, uelut Sachalitis sinus, ab occasu Syagri promontorij ab ipso positus. Siquidem omnes plane, qui per loca hæc nauigarunt, unanimiter nobis astipulantur, ab ortu Syagri Sachaliten Arabiæ regionem esse, ac eiusdem nominis sinum. Rursusq; Simylla Indiæ emporium, non solum Mareo promontorio occidentalius ab ipso positum est, sed etiam flumine Indo: quum solum fluuij ostijs, meridionalius esse perhibeatur, etiam ab ijs, qui hinc illac nauigarunt, & qui multo tempore in locis illis uersati sunt, necnon ab ijs ēt qui illinc ad nos applicuere, uocariq; ab indigenis aiunt Timula: à quibus & alia circa Indiam, & eius prouincias, particulatius didicimus, etiam regionis illius interiora, usq; ad auream Chersonesum, ac inde ad Cattigaram usq;. Siquidem in hoc concordant, nauigationes eorum, qui illac tendunt ad solis ortum esse, rursusque inde redeuntium ad occasum: pariterque consentiunt nauigationis tempus irregulare & inordinatum existere. Quodque ultra Sinas, Serum iaceat regio, & metropolis, ac quod his orientalior terra sit incognita, stagna habens paludosa, in quibus calami nascuntur magni, & ita densi, ut homines

mines illi, cum ijs transfretare ſoleant. Et quod non ſolum inde ad Bactram iter ſit per turrim lapideam, ſed & in Indiam quoque per Palimbothra: uia autem, quæ à Sinarum Metropoli ad portum eſt Cattigaræ, occaſum uerſus ad meridiem tendit. quapropter nequaquam in eum cadit meridianum, qui per Sinas eſt & Cattigaram (ut Marinus refert) ſed in aliquem, qui orientalior exiſtit. Porrò & à mercatoribus, qui ab Arabia felici, ad Aromata & Azaniam, necnon Rapta nauigant (quæ cuncta proprie Barbaria uocantur) certiores redduntur, nauigationem illam non exacte ad meridiem eſſe, ſed hanc quidem ad occaſum & meridiem: ea uero transfretatio, quæ à Raptis ad Praſſum eſt, ad ortum & meridiem. Paludes quoque, ex quibus Nilus fluit, non eſſe iuxta mare, ſed multo interiores, ordinemq; littore Aromatum, & à Sinis ad Raptum promontorium alium eſſe quàm Marinus retulerit: ex nauigatione quoque ibi, diei unius ac noctis, non multa colligi ſtadia, ob mutationẽ uentorum ſub æquinoctiali uelocem, ſed ad ſummum, ſtadia quadringenta, aut quingẽta. Primum autem ſinum contiguum eſſe Aromatis, in quo poſt unius diei iter ab Aromatis Panorum eſſe uicum, Opponemq; emporium à uico diſtare itinere dierum ſex: poſt hoc quoque emporium, alium coniungi ſinum, principium Azaniæ, in cuius principio Zingina eſſe promontorium, & Phalangida montẽ tricipitẽ: ſolũque ſinũ hunc uocari Apocopa, qui duobus transfretari poſſit diebus & noctibus poſtea paruum ſequi littus, in tranſitu diſtantiarũ trium, & aliud quoque quod Magnum littus appellatur, diſtantiarum quinque, quæ diſtantiæ ambæ pariter diebus & noctibus quatuor enauigari poſſint: his quoque coniungi alium ſinum, in quo emporium ſit, quod uocatur Iſſina, poſt nauigationem dierum duorum & noctium. Inde Serapionis portum nauigatione diei unius, poſtea ſinum auſpicari, qui ad Rapta ducit, trium dierum & noctium transfretationem habentem, iuxta cuius principia emporium eſſe, quod uocatur Nici: apud Raptum uero promontoriũ, fluuium Raptum ac Metropolim nominis eiuſdẽ, parum diſtantem à mari, quod uero à Raptis ad Praſſum uſque eſt promontorium, ſinum eſſe maximum, non tamen profundum, circum quem Barbari habitent Antropophagi.

COMMENTARIA IN *vndecimum duodecimum decimumtertium decimumquartum decimumquintum decimumsextum & decimumseptimum caput.*

CORrexit Ptolemæus in pręcedentibus capitibus latitudinem cognitam, eamque posuit 79. siue 80. gradus ferè. Nunc uenit ad examinandam & corrigendam longitudinem cognitam non rectè à Marino supputatam. Marinus enim in examinanda longitudine terræ, in aliquibus partibus rectè, ait Ptolemæus, operatus est: in aliquibus non. Quoniam totam cognitam longitudinem supputauit gradus 225. ab Insulis fortunatis ad Seras usque. at Ptolemæus tãtummodo 180. adinuenit qualium totus circulus maior terræ & cæli continet 360. partes 225. gradus æquatoris & cuiuscunque paralleli æquatori æquiualent 15. horis, quia, ut diximus totus æquator complet reuolutionem suam in horis 24. & dimidium æquatoris in 12. & 15. æquatoris gradus in hora una, & quilibet gradus in 4. horarum minutis. (Quomodo igitur reducendi sint gradus ad horas, horæque ad gradus inferius per propriam tabellam demõstrabitur.) Quemadmodum differentia inter latitudinem Ptolemæi & Marini, fuit 7. gradus, ita differentia longitudinis est grad. 45. in quibus enim partibus differt Ptolemæi supputatio, à supputatione Marini, Ptolemæus in capitum progressu ostendit. Conuenit igitur supputatio Ptolemæi cum supputatione Marini ab Insulis fortunatis, terminus longitudinis fixus & ultimus terræ cognitæ, ad Hierapolin ciuitatem quæ est in quarta Asiæ tabula, à Ptolemæo posita sub longitudine 71. grad. & minu. 15. & latitudine 36. grad. & 15. minu. Concordat Marinus cum Ptolemæo in stadiis uni gradui tribuendis, quoniam Marinus dat unicuique gradui ęquatoris, siue maioris circuli 500. stadia, ac etiam Ptolemæus. Marinus etiam in examinando itinere ab Insulis fortunatis ad Hierapolim, & Euphratem, dat unicuique gradui 400. stadia, & hoc non sine ratione facit. quoniam Hierapolis est sub Parallelo Rhodio unius, gradus huius paralleli æquiualent 48. minut. qualium uni æquatoris gradui respondent 60. igitur qualium unus æquatoris gradus est, 5. talium unus Paralleli Rhodi est 4. qualia stadiorum debentur uni gradui æquinoctialis 500. talium ueri Paralleli Rhodi debentur 800. Cum igitur iter factum est per hoc Parallelum, rectè Marinus examinauit longitudinem ab Insulis Fortunatis ad Hierapolim grad. 71. hoc totum, ait Ptolomæus, concordat cum profectionibus, & recẽtioribus, & antiquis. Reprehenditur deinde Marinus à Ptolemæo, in examinatione duarum profectionum, quoniam examinat Marinus iter ab Hierapoli usque ad lapideam Turrim, quæ quidem est in septima Asiæ tabula, in regione saca, hoc igitur facit Marinus continere, funes uel schœnas 876. seu stadia 26280. (est enim schœna mensura continens 30. stadia. diuisa enim 26280. stadia per 876. ueniunt 30. spatium scilicet unius schœnæ) deinde citat aliam profectionem, à Turri dicta usque ad Seram extremum longitudinis terminũ, quæ continet secundum Marinum stadia 36200. hæ due distantiæ à Marino relictæ sunt intactæ debebant enim contrahere ad minores quantitates, ob obliquitatem uiarum. reliqua in textu sunt clara.

Prosequitur Ptolemęus in duodecimo capite ad examinandam dictam longitudi-

tudinem, & examinat prius profectionem factam, à Turri lapidea ad Seram, quæ quidem profectio Marinus statuit stadiorum 36200. Ptolemæus contrahit hanc distantiam in 22625. stad. quæ gradus faciunt 45. & quartam unius. dando unicuiq; gradui stadia 500. Ptolemæus deinde comparat iter factum ab Euphrate, ad Turrim lapideam, itineri facto à Terræ lapidea ad Seram usque. ait primum confectum esse sub parallelo per Byzantium, secundum autem sub eo per Hellespontum. Parimodo Ptolemeus, soluit difficultatem illam, cur non comparandum sit iter factum à Garamantibus, ad Agysimbam, itineri facto à Turre lapidea ad Seram. Postea examinat omnia loca concluditq; longitudine cognitam 177. graduum.

Quemadmodum in præcedenti capite examinauit totam cognitæ terræ longitudinem, per Itinera terrestia, in hoc conatur eandem ostendere longitudinem, aliquibus nauigationibus. ostendit 5. distantias continere 34. grad. & minu. 48. quæ quidem distantiæ per se in textu notæ sunt & omnia operanti & legenti sunt perspicua.

Cory promontorium est India intra Gãgem, cuius longitudo est gr. 124. m. 40 latitudo gr. 13. & m. 40. continetur in, 10, Asiæ tabula. quæ quidem etiam cõtinet Palurum sub longitudine 136. gr, minutorum 40. & sub latitudine 11, gr. & minutorum 30. Sada ciuitas est in Vndecima Asiæ tabula in sinu Gangico cuius longitudo est 154. gr. m. 20. latitudo uero gr. 11, m. 20. In dicta tabula est Tamalum flumen Aureaque chersonesus.

Distantiam inter Cururam Corymq; promontorium tantam esse ut autor infert.

PEr ea quæ supposita sunt in nauigationibus citatis à Ptolemæo, hæc nauigatio facta fuit per sinum ferè semicircularem, & quia nos quærimus rectam lineam, ideo si a distantia stadiorum inter Corym et Cururam subtraxerimus tertiam partem, remanet distantia horum locorum secundum lineam rectã. quoniam ratio circunferentiæ dimidij circuli ad diametrum est ut 11, ad 7. per regulam Archimedis, igitur 11. ad 7. se habent ut ferè 12. ad 8. ratio 12. ad 8. & ut 3. ad 2. igitur si à 3. subtraxerimus unum, remanet 2. igitur subtracta tertia parte à stadiorum numero, qui fuit, 3040. stadiorum remanent 2030. & quia in nauigatione semper adest inæqualitas uentorum, si ob uentorum inæqualitatem dempserimus etiam à 20.30. tertiam partem, remanent stadia 1350. ferè hæcq; erit recta distantia inter Corym & Cururam. horũ si dimidium sumpserimus, habebimus arcũ paralleli inter meridianũ Cory & Cururæ. ratio aũt dimidiationis ostenditur.

Qm̃ Nautæ antiqui duodecim utebãtur uẽtis, ut inferius demõstrabimus & diuidebant totũ horizontem in 12. partes æquales. cum igitur supponitur iter confectum esse uersus Boream; Borea autem differt à septẽtrione per gradus 30. igitur angulus positionis, ex Cory, & Curura, est 30. graduum & tertia per consequẽs pars recti, quoniam unusquisque angulus rectus 90, continet gradus. & cum angulus factus a parallelo per Coruram cum meridiano (per ea quę diximus) est rectus, igitur si imaginetur triangulus constitutus ex parallelo per Corym & ex meridiano Cururæ, & distantia inter Cururã & Corym; hic triangulus erit orthogonius, cuius duo reliqui anguli sunt uni recto æquales. sed quia angulus positionis diximus, Cory & Cururæ est 30. gradus siue tertia pars recti, & reliquus igitur erit duo tertia uni recto, cum omnis triangulus tres habeat interiores angulos duobus rectis æquales. per 32. primi Euclidis. ille igitur angulus tertia erit pars

duorum

duorum rectorum, cum æquiualet duobus sextis duorum rectorum. & quia æqui laterus triangulus est parimodo æquiangulus, per quintam primi Euclidis, igitur per 32. primi, si supra distantiam inter Corym & Cururam, faciemus per primũ primi Euclidis, triangulum æquilaterũ. assumpserit angulum qui æquiualet duob. tertiis uni recto in unum suorum angulorum; & parallelum in alterum laterũ & quia ut diximus meridianus cururę, secat parallelum ad angulos rectos, si ab angulo unius æquilateri trianguli, perpendicularem ceciderit, diuidit trianguli latus bifariã, ac etiam angulum per ea quę demõstrantur in libris triangulorum planorum Regimontani, & per 47, primi sed cum latus assumptum in triangulo, quod quidem latus continetur in parallelo, est æquale distantiæ inter Corym & cururam, & hoc diuiditur bifariam à meridiano cururæ, igitur & arcus paralleli inter Corym & cururæ meridianum est dimidium distantiæ inter corym & cururam. quod demõstrasse oportuit. In hac demõstratione autor utitur lineis circularibus & curuis pro rectis, aiens, quod in hoc loco parua est differentia inter curuam & rectam. quo ad sectionem angulorum fateor sic esse sectiones linearum rectarum sicut sunt sectiones planorum circulorum adinuicem, ut in undecimo Euclidis demonstratur.

Quomodo demonstretur differentia longitudinis inter Paluram, & Cururam esse ut supputauit autor, inferius ostendetur, ubi differentia longitudinis quo pacto inuenienda sit docetur.

Postquã Ptolemæus probauit in superiori capite lõgitudinem inter Corym, & Sinarum metropolim; Probare intendit nunc longitudinem inter Auream peninsulam, & Sinarum metropolim. ostẽditur autem ab eo esse 17. graduum & 10. m. ferè. Sed antequam hoc ostendat. improbat, Marini sententiam, ostẽditq; eius inscitiam, ut omnia in capite clara sunt. Zabe est ciuitas maritima indiæ, cuius longitudo est gr. 168. m. 20. & latitudo gr. 4. m. 45. septentrionalis. Aromata emporium est in 4. Aphricæ tabula, eius longitudo est gr. 83. latitudo gr. 6.

In 15, capite Ptolemæus ostendidit Vniuersalem longitudinem, & latitudinem & quomodo non recte examinatæ fuerunt à Marino; in hoc 15. capite probat imperfectionem Marini circam longitudinem, latitudinemque locorum particularium. ait enim autor marinum sibi ipso disconuenire, quoniam plura confecit cõmentariola geographica, sed quod in uno affirmauit, in altero negauit. in aliquo horum commentariorum loca per parallela disposuit, sub una latitudine, in alio per meridianos sub alia latitudine ac etiam sub oppositis latitudinibus, in alio per Climata uti uidere est in litera. Tarracon est Hispaniæ ciuitas, cuius longitudo est 16. gr. latitudo uero. 40. gr. Iulia seu iol Cæsarea Vrbs est Mauritaniæ cæsariensis, in prima Aphricæ tabula, continet in longitudine gradus 17. in latitudine gr. 37, Pyrenæi montes habent in longitudine, ex parte maris mediterranei, gra. 20. Pachynus Promontorium est Siciliæ, continetur in 7. tabula Europæ, cuius longitudo est gr. 40. latitudo 36. gr. m. 30. Leptis ubinam sit, supra diximus. Himera est in sicilia habetque in longitudine gradus 37. & tãta est eius latitudo. Theonæ sunt in Aphrica minori continenturque in secunda Aphricæ tabula, longitudo eorũ ẽ gra. 38. & latitudo 32. ferè. Tergestus, & Rauenna in Italia sũt in sexta Europæ tabula. Canobus est in Aegypto, cuius lõgitudo est gr. 61. latitudo 31. gr. Chælidoniæ scopuli sunt iuxta Lyciã in prima Asiæ tabula, quorũ longitudo est 61. gr. ferè, latitudo uero 36. Acamas promontorium est in Cypro Insula, in quarta Asiæ tabula, habet longitudinem gr. 64. latitudinem gr. 35. Paphus quoque, est in dicta insula, habens gradus euis dem fere latitudinis & longitudinis supradicto loco. Strymon fluuius est in macedonia, cuius ostia habent, 50. gr. longinis, & 41. latitudinis. Athus est in eadem prouincia sub longitudine 51. grad. & latitudine 41.

Sextum-

Sextumdecimum caput per se manifestum est.

In decimoseptimo capite Ptolemęus demõstrat, postquam epilogat ea quæ dixit, Marinum dissentire ab historiis nauigationum, ac etiam itinerum, vt in textu apparet. Syagrus promontorium in Arabia felice est, sub longitudine 90. gr. & latitudine 40. Sachalitis vero sinus, habet in longitudine gradus 88. in latitudine 18. Marcum & Simylla, in decima Asię tabula reperiuntur, quorum primũ longitudinem habet 111. gra. & latitudinem. 7. gr. Secundum 110. longitudinẽ &, 15. latitudinis. Chersonesus est in 11. Asię tabula, sub æquatore. Sinarum regio ē in 11. Asiæ tabula. Serarũ metropolis, continetur in 8. Asiæ tabula. Turris lapidea est in regione saca, in septima Asiæ tabula. Palimbrota est in 10. Asiæ tabula, cuius longitudo est gra. 143. & latitudo gr. 27. Panus, Eponus emporium, & Zingina sunt in 4. Aphricæ tabula. in qua etiam est mons Phalangis, ibique inuenies etiam reliqua loca memorata, ut Isina, Apocopa, Serapionisq; portus.

Hæc capita quæ a nobis in vnum exposita sunt quemadmodum & præcedentia, & si totum continent negotium Geographiæ Ptolemęi, tamen per se sunt clara, & non indigent uerbosa expositione.

Quam sint inutiles Marini compositiones ad designationem orbis. Cap. XVIII.

Væ igitur cognitionem aliquam ab ipsa historia consequi debeant, hucusque annotata sint, veruntamen ne quibusdam contentionem potius quam emendationem suscepisse videamur, singula nobis per enarrationem particularem manifesta erunt: nunc vero restat, vt ea quæ ad descriptionis pertinent aggressionem, consideremus. Proinde quum duplex illius sit modus: primus qui orbis dispositionem in parte sphæricæ superficiei designat: secundus vero qui in plano: ambobus id conuenit, vt proponatur quædam operis vtilitas: hoc est, vt ostendatur, quonam modo, etiam si nullum propositum sit exemplar, ex sola ea, quæ per commentaria traditur doctrina descriptionem, quantum fieri potest commodissime facere possimus. Etenim traductio assidua à prioribus exemplaribus ad posteriora, propter variationem paruam, mutationes admodum dissimiles in rem hanc egregiam inducere solet: modus vero ille, qui per commentaria traditur, si non sufficiens ad demonstrationem expositionis esse contingit, impossibile erit iis, qui exemplari carent, rite consequi propositum. Quod & nunc quàm plurimis euenisse videmus, in tabula, quam Marinus composuit: quum enim exemplaria vltimæ eius æditionis assequi nequiuere, sed solum ex commentariis rem ruditer & quasi per coniecturam aggressi sunt, in plurimis quæ confessæ sunt collectionis errauerunt, propter ineptitudinem & confusionem institutionis, quemadmodum vnicuique experto considerare licet. Quum enim ad singula loca designanda necesse sit, & longitudinis, & latitudinis positionem habere, ei qui illa debito ordine collocare velit, non tamen confestim quis eam in compositionibus inueniet, sed separatim: hic enim latitudine

titudine

titudines tantum deprehendet, veluti in positione parallelorum, alibi autem lon gitudines solum, quemadmodum in meridianorum designatione. Vt plurimum tamen utraque hæc in eisdem commentarijs haud inueniet, sed in alijs quidem paralleli describuntur, in alijs uero meridiani: ita ut tales in positionibus semper alterius ope indigeant, penitusq; ad considerationem, quo loco cõstituenda sint singula omnium opus sit euolutione commentariorum: quoniam in omnibus aliter de eisdem dicitur. Et si non inquirimus, quæ secundum quamlibet speciem, de eodem exposita sunt loco, illa nos latebunt, aberrabimusq; in multis, quibus uero obseruatio contingere deberet. Proinde in ciuitatum dispositione, littorales aliquis facilius describere posset, si penitus ordinem quendam in ipsis obseruaret: mediterraneas uero non ita, quum nulla adhuc habitudo, siue inter ipsas inuicem, siue ad littorales illas sit signata, præterquam in paucis, in quibus euenit, ut non nunquam longitudinis meta, aliquando uero latitudinis locus sit definitus.

De commoditate enarrationis nostræ ad designationem orbis Cap. XIX.

QVapropter duplicem nos laborem suscipimus. Primum ut uiri opinionem per totam obseruemus compositionem, pręterquã in ijs, quibus rectificatio quædam contigit. Deinde ut ea quæ ab ipso manifesta non sunt facta, per historias moderniores, uel ordinem tabularum magis accuratarum quàm commodissime aperiremus, quo descriptio debitum suum assequi posset decorem. Quin etiam facilioris modi gessimus curam: Nam super omnes prouincias singulatim proprias circunscriptiones, qualesq; tam secundum longitudinem quàm latitudinem positiones habeant diligenter ordinauimus, ac in super potissimarum gentium, quæ in illis degũt, adinuicem habitudines, necnon insigniorum urbium, ac fluminum, sinuumq; & montium, ac aliorum, quæ in orbis tabulam incidere possunt, exactas distantias: hoc est, quot distant partibus, qualium est circulus maximus trecentarum sexaginta: secundum longitudinem quidem, meridianus per locum descriptus, ab eo qui ocidentalem finem terminat super æquinoctiali: secundum latitudinem uero per eundem locum scriptus parallelus ab æquinoctiali super meridiano. Sic enim confestim uniuscuiusque loci positionem cognoscere poterimus, necnon per diligentiam locorum particularium, prouinciarum etiam inter se habitudinem, ac ad totum denique orbem.

De

De mensuratione inconcinna tabulæ Geographicæ à Marino compositæ. Cap. XX.

VTraque autem designatio proprium quid habet. Nam descriptio in sphæra fienda, ex semetipsa similitudinem retinet figuræ terræ, nulliusque alterius ad opus hoc indiget artificio: nō facile tamen magnitudinem præbet, quæ suscipere possit multa, quæ necessario suo collocanda sunt loco: neque descriptionem, ut unico momento cerni ualeat, toti figuræ adaptare potest: sed alterum ad alterius designationem transferre necesse existit: hoc est, aut uisum aut sphæram: quorum neutrum descriptioni, quæ in plano fit accidit, sed modum quendam ad similitudinem sphæricæ imaginis inquirit, ut distantias, quæ in ea statuendę sunt, quàm maxime commensuratas faciat, ac secundum eam apparentiam, quæ cum uera conueniat. Quod Marinus scientiæ haudquaquā fortuitæ esse censuit, penitusque omnes descriptionum planarum modos reprehendit. nihilominus tamen eo ipse usus esse uidetur, qui ex omnibus minime, commensuratas faciat distantias: nam pro cunctis circulorum, necnon parallelorum & meridianorum lineis, rectas substituit, ac etiam meridianorum æquidistantes inuicem, similes parallelis: solum autem parallelum, qui per Rhodum est, obseruauit meridiano commensuratum, secundum similium in sphæra circunferentiarum sesquiquartam ferè rationem, circuli magni ad parallelum, qui ab æquinoctiali distat partibus triginta sex. Aliorum autem nullam curam gessisse uidetur, neque symmetriæ, neque sphæricæ designationis gratia. Primum enim constituto uisu, ad medium borealis quadrantis sphæræ, in quo maxima pars orbis describitur, meridiani rectarum linearum imaginationem præbere poßunt, quum unusquisque ex reuolutione contrarius statuitur, caditque planum ipsius per uerticem uisus: uerum non ita paralleli, propter appositionem poli borealis, circulorum autem segmenta manifeste ostendunt conuexitates suas ad meridiem conuertere. Præterea quamuis secundum ueritatem pariter & imaginationem ijdem meridiani similes quidem, inæquales tamen circunferentias in parallelis secundum magnitudinem differentibus, intercipiant, ac semper maiores, in ijs, qui æquinoctiali sunt proximiores, Marinus tamen omnes facit æquales: distantias autem climatum, quæ borealiora sunt, quam parallelus, qui per Rhodum transit, plus quam ueritas patiatur, extendit. Eas uero quæ australiores sunt in minus contrahit, ita, ut ille iam non amplius stadiorum numero, qui ab ipso positus est congruant: sed sub æquinoctiali quinta potissimum eorum parte deficiant, quota & parallelus, qui per Rhodum est deficit ab æquinoctiali. Distantias autem quæ sunt sub parallelo, qui per Thylem transit, quadruplici sua quinta adauget, quot & parallelus per

Rhodum excellit illum, qui per Thylem trāsit. Parallelus enim, qui per Rhodum scribitur, ab æquinoctiali distat partibus triginta sex, talium ferè est nonaginta trium, qualium æquinoctialis uel meridianus centum & quindecim: qui uero ab æquinoctiali distat partibus sexaginta tribus, scriturq; per Thylem, prædictarum æquinoctialis aut meridiani partium est quinquaginta duarum.

Quænam obseruanda sunt in designatione fienda in plano. Cap. XXI.

QVapropter bene ob hæc erit, ut lineæ quæ pro meridianis ponentur rectæ seruentur: quæ uero parallelis, ut in circulorum segmentis per unum & idem centrum scribantur: à quo per suppositum borealem polum meridionales rectas lineas ducere oportebit, quo præ omnibus similitudo secundum habitudinem ipsam, & forma sphæricæ seruetur superficiei: ita tamen, ut meridiani absq; declinatione ad parallelos remaneant, ac etiam in communem illum polum coincidant. Cæterum, quum possibile haud sit, ut per omnes parallelos proportio seruetur ad sphæram, satis erit ut hoc in eo, qui per Thylem est, ac in æquinoctiali obseruetur, quo latera, quæ latitudinem secundum nos complectuntur, ueris fiant commensurabilia. Qui uero per Rhodum scribitur, super quo in distantijs longitudinis plurimæ factæ sunt indagationes, per diuisionem proportionis ad meridianum, ueluti Marinus fecit, designari debet: hoc est, iuxta sesquiquartam ferè, similium circumferentiarum rationem, quo magis nota orbis longitudo recte cum latitudinis mensura conueniat. Huius uero instructionis modum deinceps manifestum reddemus, quum exponemus, quo pacto in sphæra descriptio fieri debeat.

Qualiter oporteat orbem in sphæra describere. Cap. XXII.

MAgnitudinem igitur sphæræ, aut multitudine locorum designandorum, inuentio præparantis discernet, quo firmitudinem habeat simul & decorem: quanto enim hæc plus augetur, tanto etiam descriptio, sincerior pariter & manifestior fieri poterit. Quantacunq; igitur fuerit, poli ipsius sumantur, accurateq; eis semicirculum adaptemus, qui parum & nisi tantum à superficie distet, ut illam in reuolutione non atterat. Semicirculus uero tenuis sit, ne multa obumbret loca. Alterum uero latus examussim per ipsa signa, quæ per polos transeunt, habeat extensum, ut per illud

illud meridianos ſcribamus: quod & in centum octuaginta diuidemus particulas, numerosq; aſſignabimus, & à media, quæ per æquinoctialem futura erit ſectione, initium facientes. Similiter & æquinoctialem deſcribentes, alterum illius ſemicirculum in æquas centum & octuaginta diuidemus partes: huiuſque numeri principium ab illius fine inchoabimus, per quem & occidentaliſſimum deſcribemus meridianum. Deſcriptionem autem longitudinis & latitudinis, ex commentarijs, in quibus annotatæ ſunt partes, ſecundum unumquemque locum ſignatum faciemus, necnon à diuiſionibus ſemicirculorum æquinoctialis, & mobilis meridiani: huncq; ad oſtenſam longitudinis partem circunferemus; hoc eſt, ad numerum qui æquinoctialis continet ſectionem, latitudinis uero diſtantiam, ab æquinoctiali, ex ipſa meridiani diuiſione ſumemus, & iuxta numerum oſtenſum, ſignationem ponemus eodem modo, quo & in locatione ſtellarum ſuper ſphæram ſolidam. Similiter & meridianos ſcribere licebit, per tot longitudinis partes, quot uoluerimus, pro norma utentes latere circuli diuiſi. Parallelos autem per tot partes ſcribere poterimus, quot diſtantiarum erit commenſuratio, ſi ſignum illud, quod eos deſcribit (numero peculiarem diſtantiam lateris ſignante) apponamus, circumferamusq; cum ipſo circulo uſq; ad meridianos, qui terminos cognitæ telluris ſegregant.

Expoſitio meridianorum & parallelorum qui deſcriptioni ſunt apponendi. Cap. XXIII.

PRoinde iſti interſtitia horaria complectentur duodecim, demonſtratis conſequenter. Scribatur autem parallelus, qui auſtraliorem terminat plagam, ut tantum diſtet ab æquinoctiali, meridiem uerſus, quantum parallelus per Meroem uerſus Septentriones. Cæterum meridianos per tertiam partem unius horæ æquinoctialis ſcribi debere, commenſurabile nobis uiſum fuit, hoc eſt, per particulas quinq; earum quæ in æquinoctiali comprehenſæ ſunt: parallelos autem qui æquinoctiali ſunt borealiores ita.

Primum quidem, ut ab ipſo per quartam unius horæ differat, ac ſecundum meridianum, quemadmodum demonſtrationes lineares ferè ſubijciunt, partibus diſtet quatuor & una quarta.

Secundum ut per dimidium horæ unius differat, pariterque diſtet partibus octo tertia & duodecima.

Tertium, ut per horam dimidiam & quartam horæ unius differat, partibus uero diſtet duodecim ſemiſſe.

Quartum, ut per horam differat unam, diſtetq; partibus ſedecim ac tertia & duodecima, ſcriptumq; per Meroem.

Quintum, ut differat per horam unam & quartam, ac distet partibus uiginti, quarta una.

Sextum uero & sub æstiuo tropico, ut per horam unam & dimidiam differat, distetque partibus 23. dimidia & tertia, scriptumque per Syenem.

Septimum, ut hora una ac dimidia nec non quarta differat, ac partibus distet 27. dimidia ac sexta.

Octauum, ut horis differat duabus, distet uero partibus 30. cum tertia, transit autem per Alexandriam.

Nonum uero, ut differat horis duabus cum quarta, distetque partibus 33. & tertia.

Decimum, ut horis duabus & dimidia differat ac distet partibus 36. scriptumque per Rhodum.

Vndecimum, ut differat horis duabus cum dimidia & quarta, distetq; partibus 38. cum dimidia ac duodecima.

Duodecimum, ut horis differat tribus, ac distet partibus 40. dimidia, tertia & duodecima, per Hellespontum.

Decimumtertium, ut differat horis tribus cum quarta, distetque partibus 43. & duodecima, per Bizantium.

Decimumquartum uero, ut differat per horas tres cum dimidia, ac partibus distet 45. per medium Pontum.

Decimumquintum, ut horis differat quatuor distetque partibus 48. dimidia & per Boristenem.

Decimumsextum, ut differat horis quatuor & dimidia ac distet part. 51.

Decimumseptimum, ut quinque differat horis, distetq; partibus 54.

Decimumoctauum, ut differat horis quinque cum dimidia, ac distet partibus 56.

Decimumnonum, ut sex differat horis, distetq; partibus 58.

Vigesimum uero, ut horis differat septem, ac distet partibus 61.

Vigesimumprimum, ut per octo differat horas, distetque gradibus 63. ac scriptum per Thylem.

Scribetur & alius ad meridiem ab æquinoctiali, qui horæ dimidiæ contineat differentiam, qui & per Raptum promontorium, & Cattigaram transibit, loca oppositione sua ferè æqualia, ac distet ab æquinoctiali partibus octo tertia & duodecima.

COMENTARIA IN octauumdecimum, nonumdecimum, uigesimum, uigesimumprimum. uigemsiumsecundum. & uige[illegible]mumtertium Caput.

Ptolemæus in decimoctauo capite ait se noluisse omnia Marini errata examinare, quoniam infinita pene erant. hoc autem ipse fecit ne uideretur potius non à ueritate sed ab inuidia motus,& potius scribere contra Marinum inuectiuam quam errorum correctionem. ostendit postea Marini errorem circa commentaria scribenda,ac confusionem & irresolutionē,immo potius contradictionem,quoniam in uno loco ponit loca per longitudinem descripta,in alio per latitudinem,& in alio ponūtur ab eo sine longitudine & latitudine,ita quod siquis Marini commentariis studebat,geographiam nunquam discebat.Quātum postmodum ad planam descriptionem,ipse scripsit orbem sine Sym metria,neque aptam dedit descriptioni figuram. Deinde signis per eius scripta siue commentaria describenda proponebatur terra, ex eo quia in aliquo loco per longitudinem,in aliquo per latitudinem,in aliquo per interualla horaria, in aliquo per Climata loca scripserat, nunquam ob confusionem ad scopum optatum peruenire cōcedebatur. Inutilia igitur erāt Marini cōmentaria,& descriptiones.

In nonodecimo Capite Ptolemæus narrat laborem assumptū in geographia; quoniam inquit duplex fuit hic noster labor,unus in corrigendis Marini erratis, alius in cōdēda Geographica enarratione,siue ordinatim per loca orbem diuidere,& id quod à Marino sub falsitate dictum fuerat,sub uera & concinna Symmetria ponere ac insigniores ciuitates,flumina,montes,& reliqua disponere sub lōgitudine & latitudine;nunquam ante nos ab aliјs ita dispo sita. Ita quod ex solo geographiæ nostræ uolumine potest aliquis totū,siue in plano, siue in Globo, orbem sub longitudine & latitudine constituere,id quod nequibat ex Marini cōmentarijs fieri.reliqua Capitis per se sunt manifesta.

Sequitur Ptolemæus in uigesimo capite ad reprehendendā Marini descriptionem terræ.quoniam inquit amplum de conficienda mappa scripsit commentariū, sed post maximum laborem nihil boni reliquit studiosis. nullam enim in plana orbis descriptione,seruauit rationem inter meridianos & parallelos; omnesque Meridianos & parallelos rectis signauit lineis.nullam adhibuit opticam rationē, quæ maxime conuenit in plana descriptione. Comparat parimodo Globum ad Planam orbis descriptionem,ait Globum utilem esse ob similitudinem, sed nonnullas habere incommoditates, quia nullo pacto possumus tantæ Globum conficere magnitudinis, ut omnia scribeantur in eo loca, ac etiam in ictu oculi non se totum ostēdit.oportet autem uisa una partium uertere aliam. harum in Plana de scriptione nulla accidit, totam se nobis sub oculis ostendit, ac etiam potest fieri qualiscunque placuerit magnitudinis.reliqua quæ per se nota nō sunt in litera, declarabimus in commentariis 24.Capitis.

Denique in xxi.capite suam fert sententiam de plana orbis descriptione, ac id quod hic facit docet etiā in 24.capite,ibiq; omnia hic prætermissa declarabūtur.

In xxij.capite ostendit Viam conficiendi Globum paucissimis uerbis, nos aliqua præter Ptolemæi uerba non ingrata lectoribus dicemus inferius.

In xxiij.cap.Ptolemæus enumerat parallelos,qui scribendi sunt in descriptione terræ.

ne terræ.at quia à temporibus Ptolemæi,uſque ad tempeſtatem noſtram, maxime uariati ſunt,& quantum ad numerum,ac etiã quantum ad longitudinem maximi diei,ideo nos nouam adiungemus tabellam tranſitus parallelorum. ſed ante quam hoc faciamus docebimus hoc problema.

Quomodo inuenienda ſit ratio cuiuſcunque Paralleli ad maiorem circulum.

SIt ſphæra,A,B,C,D,in qua ſit Parallelus,G, E,F,cuius inuenienda proponatur ratio ad meridianum,ſiue ad maiorem circulum,nihil aliud eſt inuenire rationem paralleli,ad maiorẽ circulum,quam quot minuta ęquatoris ęqui ualent uni gradui paralleli,ſiue quot gradibus circunferẽtia paralleli æquatoris æquiualet.

Et Quoniam circulus ad circulum,ſe habet ut diametrum ad diametrum, ſiue ut ſemidiameter ad ſemidiametrum, igitur ut ſemidiameter A,E,maioris circuli A,B,C,D,ad ſemidiametrum G,P,Paralleli,G,E,F,ita circulus, A, B, C, D, parallelo G,E,F.ſi quatuor quantitates proportionales fuerint,& cõuerſim quoq; proportionales erũt, per 16.quinti Euclidis. igitur quemadmodum ſemidiameter,A,E,circulo A,B,C, D, ita & diameter G, P.ad circulũ G,E, F, ſed tria nota ſũt circulus maior nẽpe A,B,C,D, & eius ſemidiameter,& ſemidiameter A,P,& quartus igitur per 19.ſeptimi notus erit.quartus aũt erit parallelus, igitur & parallelus dabitur, & partes eius per conſequens. quod inueniſſe oportuit.

Et Qm̃ D.A quarta eſt pars circuli,& A,E ſinus totus,G,D,diſtãtia paralleli ab æquatore.& G,A ſupplementũ,& G, P,ſinus eius & ſemidiameter paralleli; igitur corollarie concluditur,ſicut Sinus totus,ad circulum maiorem,ſic & ſinus complementi diſtantiæ paralleli ab æquatore, ad ſuum circulum. & quia partes eodem modo multiplices, eandem rationem habent ſumptæ adinuicem.per 15 quinti Euclidis,& quemadmodum ſinus totus,ad quartam circuli partem, ſic ſinus complementi diſtantiæ Paralleli ad quartam partem ipſius paralleli. & quemadmodũ ſinus totus,ad quamlibet partem maioris circuli, ſic ſinus complemẽti diſtantiæ paralleli ad ſimilem paralleli partem quod oſtendiſſe oportuit.

Proponatur exempli gratia inuenienda ratio paralleli per Syenem æquatorẽ, qui quidem diſtat ab eo gradus 24,ferè ſecundum Ptolemæum.demo 24. ex 90, remanent 66.complementum ſcilicet diſtantiæ paralleli per Syenem. Ingredior igitur tabulam ſinus Recti cum 66. gradibus,dãt 91355,ſinus nempe rectus,complementi dicti,& ſemidiameter Paralleli.dico nunc per regulam proportionum, ſi ſinus totus qui eſt 100000,dat 360, quid 91355. ſinus complementi,duco 360. in 91355.proueniũt 32887800001.partes quæ diuiſæ per ſinum totum,hoc eſt per 100000.uel reiectis ſex figuris à dextris, remanent 328.partes pro gradibus paralleli

ralleli.igitur concluditur qualium æquator siue maior circulus est 360,talium pa rallelus per Syenem 328. At quia post diuisionem partium multiplicationis,remanent 878 000.hæ partes si ductæ fuerint in 60.& productũ diuisum iterum per sinum totum , partes quæ in quotiente proueniunt , erunt minuta . duco igitur 878000. in 607 ueniũt 52680000.a quibus reiectis sex literis à dextris, remanet 52.minuta , residuum ducas iterum in,60,& partire per finũ totum ueniunt .40 ; Secunda. & residuũ ductum in 60,& diuisum insinu toto ueniunt 48.tertia. & sic per multiplicationem residui per 60,& productum diuisum per sinum totũ, prouenient in quotiente m.2,3,4,5,usque ad infinitũ,& vsq;quo diuisio admittatur.

Regula igitur uniuersalis pro Astronomiæ Tyrunculis est.Ducas partes circu li maioris dati,in sinum complementi,& productum diuidas per sinum totum, & quod prouenit,erũt similes partes paralleli ad partes circuli maioris reductæ, & quod post diuisionem residuauerit multiplica per 60 , & iterum diuidas per sinũ totum: & quot proueniunt erunt minuta , residuum post diuisionem iterum mul tiplica per 60.& productum diuide iterum in sinu toto , & exeunt secunda & sic in infinitum,vt apparet in superiori exemplo.gradus paralleli propositi qualium æquatoris sunt 360.existunt g.328.m.52.2.40.& 3.48.

Pro quadrante paralleli proportionando,ad quadrantem æquatoris,sic facito. ducas semidiametrum parralleli,siue sinum complementi, in 90, partes . proueniunt 82195 000,à quibus detractis a dextris sex literis,remanent 82,partes. residuum productũ in 60,& operando ut supra,ueniũt 13.m.et sic de singulis.Qualium quarta æquatoris,siue maioris circuli,est 90.talium quarta paralleli est 82 . minu.13 & 2.14

Pro uno maioris circuli gradu,ducas ut supra sinum complementi in 60,minu ta,& diuidas productum per Syenẽ totum,ueniunt 54,m,48 2.& 46.3.igitur qua lium unus gradus æquatoris est,60,talium vnus paralleli per Syenem , est 54. m. 48.2,& 46 3.& quia totum ad totum,se habet vt pars ad similẽ partem , igitur ut vnus gradus maioris circuli,ad vnum paralleli,ita & vnum minutum maioris cir culi,ad vnum paralleli minutum.igitur & vnum paralleli minutum, qualium vnũ maioris circuli est 60,secunda,talium vnum paralleli,& 54.2.45.3.& 46.4

Hac arte cõditæ sunt hæ Tabellæ,quarum altera exprimit virtutem vnius qua drãtis paralleli, qualium quadrãs æquatoris siue maioris circuli est 90.alia,uirtu tem vnius gradus paralleli,qualium vnius quadrantis est 60.minuta . Quæ quidẽ tabulæ non solum vtiles sunt ad inueniendas distantias duorum locorum,vt infra sed etiam necessariæ pro geographicis conficiendis tabulis.

Pro ratione paralleli ad maiorem circulũ,sic facito.capias minuta paralleli æ quiualentia vni gradui æquatoris,siue maioris circuli.deinde duo sunt dati nume ri,numerus scilicet vnius paralleli gradus,& 60.m.æquatoris. Postea , numeris datis quotcunque,inuenias minimas easdem rationes habentium eis,per 35.septi mi Euclidis. hoc fit eorum maximam communem mensuram inueniendo,per Secundam & tertiam citati libri.igitur capias minuta paralleli qui per 60 , gradus transit,per tabulas hic positas , & inuenies qualium vnus gradus maximi circuli est 60.m.talium vnus eiusdem paralleli est 30.communis horum numerorũ maxi ma mensura,est 30 diuidas 60,per 30,ueniunt 2,& 30.per 30,1, igitur qualis est ratio 2,ad,1 ,quæ quidem est dupla, talis est ratio maioris circuli, ad eum qui trã sit per 60.gradus.ex dictis patet quomodo Ptolemæus,inuenit rationem paralleli medii cuiuscunq; tabulæ suæ geographiæ,& cum hac arte poterat si uoluisset inuenire omnium aliorum parallelorum ad æquatorem absq; difficultate.

Tabulæ

Tabula prima ostendens rationes maioris circuli, ad parallelos, in partibus qualium quadrans maioris circuli est 90.

Lat. par.	G. Ma. Cir. æquiualẽs vni paral. quartæ			Lat. par.	G. Ma. Cir. æquiualẽs vni paral. quartæ			Lat. par.	G. Ma. Cir. æquiualẽs vni paral. quartæ		
G	G	M	2	G	G	M	2	G	G	M	2
1	89	59	11	31	77	8	52	61	43	37	58
2	89	56	42	32	76	19	28	62	42	15	8
3	89	52	37	33	75	28	49	63	40	53	3
4	89	46	52	34	74	36	49	64	39	27	59
5	89	39	29	35	73	43	25	65	58	2	9
6	89	30	25	36	72	48	42	66	36	36	23
7	89	20	16	37	71	52	39	67	35	0	56
8	89	7	27	38	70	55	15	68	33	42	54
9	88	53	31	39	69	57	54	69	32	15	12
10	88	37	59	40	68	56	37	70	30	46	54
11	88	20	45	41	67	55	38	71	27	18	47
12	88	2	0	42	66	53	0	72	27	48	42
13	87	41	36	43	65	49	17	73	25	18	48
14	87	19	37	44	64	45	2	74	24	48	27
15	86	56	1	45	63	37	23	75	23	17	38
16	86	30	48	46	62	31	10	76	21	46	22
17	86	4	4	47	61	22	48	77	20	14	44
18	85	35	43	48	60	13	18	78	18	42	43
19	85	5	48	49	59	2	43	79	17	10	22
20	84	34	20	50	57	51	4	80	15	37	43
21	84	1	20	51	56	38	20	81	14	4	43
22	83	26	47	52	55	24	34	82	12	31	31
23	82	50	54	53	54	9	49	83	10	58	6
24	82	13	28	54	52	54	4	84	9	27	27
25	81	34	4	55	51	37	20	85	7	50	40
26	80	53	27	56	50	19	37	86	6	16	12
27	80	14	27	57	49	1	3	87	4	42	6
28	79	27	55	58	47	41	34	88	3	8	28
29	78	52	57	59	46	21	13	89	1	37	16
30	77	56	34	60	45	0	0	90	0	0	0

Tabula secunda, demonstrans rationes Maioris circuli ad parallelos, in partibus qualium unus maioris circuli grad. est 60. minu.

Lat. par.	Min. Maioris circuli æquiualẽtia uni paral. gradui			Lat. par.	Min. Maioris circuli æquiualẽtia uni paral. gradui			Lat. par.	Min. Maioris circuli æquiualẽtia uni paral. gradui		
G	M	2	3	G	M	2	3	G	M	2	3
1	59	59	27	31	51	25	55	61	29	5	19
2	59	59	48	32	50	52	59	62	28	10	5
3	59	55	4	33	50	19	13	63	27	15	24
4	59	51	14	34	49	44	33	64	26	18	39
5	59	46	19	35	49	8	57	65	25	21	26
6	59	40	16	36	48	32	28	66	24	24	15
7	59	33	31	37	47	55	6	67	23	26	37
8	59	25	58	38	47	16	50	68	22	28	36
9	59	15	51	39	47	38	36	69	21	30	8
10	59	5	19	40	47	57	45	70	20	31	16
11	58	33	50	41	45	17	5	71	19	32	31
12	58	41	20	42	44	35	20	72	18	32	28
13	58	27	44	43	43	52	51	73	17	32	32
14	58	13	3	44	43	10	1	74	16	32	18
15	57	57	21	45	42	24	35	75	15	31	45
16	57	40	32	46	41	40	46	76	14	30	55
17	57	22	43	47	40	45	12	77	13	29	49
18	57	3	49	48	40	8	52	78	12	28	29
19	56	43	52	49	39	21	39	79	11	26	55
20	56	22	53	50	38	34	3	80	10	25	9
21	56	0	53	51	37	45	33	81	9	23	9
22	55	37	51	52	36	56	23	82	8	21	1
23	55	13	56	53	36	6	33	83	7	18	44
24	54	48	59	54	35	16	3	84	6	16	18
25	54	22	49	55	34	24	53	85	5	17	7
26	53	55	28	56	33	33	5	86	4	11	8
27	53	29	28	57	32	40	43	87	3	8	4
28	52	58	37	58	31	47	43	88	2	5	39
29	52	38	38	59	30	54	9	89	1	2	51
30	51	57	49	50	30	0	0	90	0	0	0

Tabula Sinus recti.

G	Sinus	60 a		G	Sinus	60 a		G	Sinus	60 a	
1	1745	29	5	31	51504	25	4	61	87462	14	19
2	3490	29	5	32	52992	24	48	62	88295	13	53
3	5234	29	4	33	54464	24	32	63	89101	13	26
4	6976	29	2	34	55919	24	15	64	89879	12	58
5	8716	29	0	35	57358	23	59	65	90631	12	32
6	·10453	28	57	36	58779	23	41	66	91355	12	4
7	12187	28	54	37	60182	23	23	67	92051	11	36
8	13917	28	50	38	61566	23	4	68	92718	11	7
9	15643	28	46	39	62932	22	46	69	93358	10	40
10	17365	28	42	40	64279	22	27	70	93969	10	11
11	19081	28	36	41	65606	22	7	71	94552	9	43
12	20791	28	30	42	66913	21	47	72	95104	9	14
13	22495	28	24	43	68200	21	27	73	95631	8	45
14	24192	28	17	44	69466	21	6	74	96126	8	15
15	25882	28	10	45	70711	20	45	75	96593	7	47
16	27564	28	2	46	71934	20	23	76	97030	7	18
17	29237	27	53	47	73135	20	1	77	97437	6	47
18	30902	27	45	48	74315	19	40	78	97815	6	18
19	32557	27	35	49	75471	19	16	79	98163	5	48
20	34202	27	25	50	76604	18	53	80	98481	5	18
21	35837	27	15	51	77715	18	31	81	98769	4	48
22	37461	27	4	52	78801	18	6	82	99027	4	18
23	39073	26	52	53	79864	17	43	83	99255	3	48
24	40674	26	41	54	80902	17	18	84	99452	3	17
25	42262	26	28	55	81915	16	53	85	99620	2	48
26	43837	26	15	56	82904	16	29	86	99756	2	16
27	45399	26	2	57	83867	16	3	87	99863	1	47
28	46947	25	48	58	84805	15	38	88	99939	1	6
29	48481	25	44	59	85717	15	21	89	99985	0	46
30	50000	25	19	60	86603	14	46	90	100000	0	15

Prima pars Tabulæ Parallelorum & Climatum ac eorum Incessus, secundum recentiorum Geographorum obseruationem.

Paralleli	Climata	Altitudo Borealis Poli		Maximus dies		Loca Transitus.
P.	C.	G	M	H	M	
1		0	0	12	0	Aequator transit per Insulam S. Thomæ.
2		4	18	12	15	per Malacam, & Taprobanam, Sumatram hodie.
3		8	34	12	30	per Zeilam, & C. Cumerum.
4		12	43	12	45	per Insulas Maldiuar, & Moluccas.
5	1	16	44	13	0	per Meroem
6		20	34	13	15	per Ostia Indi, Napatā Ciuitatē, Cambaiamq; urbē.
7	2	24	11	13	30	per Syenem ciuitatem, Isabellam Insulam,
8		27	36	13	45	per Tolemaydem Thebaydis, sinumque Persicum.
9	3	30	48	14	0	per Alexandriam Aegypti.
10		33	46	14	15	per medium Fæniciæ.
11	4	36	30	14	30	ꝑCyprū Insu. Rhodū, Babiloniā, & Drepanū Siciliȩ
12		39	3	14	45	ꝑ Mammertinū fretū, Lisbonā, magnumq; Quinsai.
13	5	41	23	15	0	per Romam, Corsycam, Hellespontum, Toletumq;
14		43	32	15	30	per Byzantium, Florentiam, Ienuam, Catayumque.
15	6	45	31	15	45	ꝑ Venetias, Veronam, Mediolanū, & Compostellā.
16		47	21	16	0	ꝑ extremas Hispaniæ partes, ꝑ Danubiū, & ꝑ Budā.
17	7	49	1	16	15	ꝑTartariā minorē, Caucasū mōtē Viennā, Pannoniȩ
18		50	34	16	30	ꝑ Cracouiā, Erfordiā, & Magūtiā. (& Parisiorū lute.
19	8	51	59	16	45	per Mæotidem Paludem, Sericā, Coloniam agrippi-
20		53	17	17	0	per Pomeraniam, (nam, & Vuitemberg.
21	9	54	30	17	15	ꝑOstia Rheni, Tanay, Lōdinū, & Cripsualdū ciuitatē
22		55	36	17	30	per Alaunū montē Sarmatiæ, Holsatiā & montē Re-
23	10	56	38	17	45	per Ostia Albis, Iberniā, & Moscouiā. (gium Prusiȩ
24		57	34	18	0	ꝑ mediū Scythiæ, S. Andreā Scotiæ, & Hafiriā Daniȩ
25	11	58	27	18	15	ꝑ Ripheos mōtes, Scandiā Insu. & Bous Castrū Nor (uegiæ

Residuum primæ partis Tabulæ Parallelorum climatumque & eorum incessus.

Paralleli	Climata	Altitudo Poli		Maximus Dies		Loca Transitus.
P	C	G	M	H	M	
26		59	15	18	15	Per extremum Scotiæ, per Cymbiã, & Littora Liuoniæ
27	12	59	59	18	30	per Hyperboreos montes, Gotiamque.
28		60	40	18	45	per Stocholmiam regiam Suetiæ
29	13	61	18	19	0	per Bergiam Noruegiæ
30		61	53	19	15	per Vespaliam Suetiæ, & Riualiam Liuoniæ.
31	14	62	25	19	30	per Frinburgum Frislandiæ, & Orcades Insulas.
32		62	55	19	45	per residuum Orcadum & per medium Frislandiæ.
33	15	63	22	20	0	per Arociam Suetiæ.
34		63	47	20	15	per Nidrosiam.
35	16	64	10	20	30	per Ostia Dalelæ Kalij.
36		64	31	20	45	Omnesque reliqui.
37	17	64	49	21	0	
38		65	6	21	15	Transeunt per
39	18	65	22	21	30	
40		65	35	21	45	Russiam Albam,
41	19	65	47	22	0	
42		65	58	22	15	Noruegiæ residuum,
43	20	66	7	22	30	
44		66	15	22	45	Conuicinasque Insulas,
45	21	66	21	23	0	
46		66	25	23	15	Finitimosque Populos.
47	22	66	29	23	30	
48		66	31	33	45	
49	23	66	31	24	0	Sub Arctico circulo.

Secunda pars Tabulæ climatū parallelorū nque, in quā dies augentur per dies

Parall.	Clim.	Altitudo Poli		Arcus Ec lipticæ. Ap parēs uł oc.		Diesc͠otinuus		Nox con tinua		Loca transitus
P	C	G	m	G	m	D	H	D	H	
50	23	67	0	22	27	23	11	22	1	Per Rhollen Nouergiæ, & Lagana
51		67	30	32	15	33	17	31	13	Per Varſtal Inſulam, (Inſula.
52	24	68	0	39	46	41	14	39	2	Per Hollen ciuitatem Iſlandiæ.
53		68	30	46	8	48	6	45	8	Per Andanam Nouergiæ.
54	25	69	0	51	47	54	3	50	22	Per Nelganam Noruegiæ.
55		69	30	56	55	59	12	56	0	Per Rhodelon Noruegiæ.
56	26	70	0	61	41	64	11	60	16	Per Vuardum extremū Noruegiæ
57		70	30	66	9	69	4	65	12	Per Hielſo Noruegiæ.
58	27	71	0	70	22	73	13	69	6	Per Viridem terram.
59		71	30	74	24	77	17	73	5	
60	28	72	0	78	15	81	17	77	1	Alias quæ ſub.
61		72	30	81	58	85	14	80	17	
62	29	73	0	85	34	89	8	84	6	Circulo arctico
63		73	30	89	3	92	22	87	18	
64	30	74	0	92	26	96	10	91	2	Partes.
65		74	30	95	44	99	21	94	9	
66	31	75	0	98	57	103	5	97	14	Reliquarum partium
67		75	30	102	7	106	11	100	17	
68	32	76	0	105	13	109	16	103	19	Nihil
69		76	30	108	15	112	26	106	20	
70	33	77	0	111	14	115	22	109	20	Poſſumus

Residuum secundæ partis Tabulæ Climatum & Parallelorum.

Parall.	Clim.	Poli Altitud.		Arcus Eclipticæ apparens vel occultus.		Dies continuus		Nox continua		
P	C	G	M	G	M	D	H	D	H	
71		77	30	114	11	118	22	112	7	
72	34	78	0	117	15	121	22	115	14	*Certè*
73		78	30	119	56	124	21	118	21	*Sed*
74	35	79	0	122	46	127	19	121	7	
75		79	30	125	33	130	17	124	2	
76	36	80	0	128	19	133	13	126	20	*Coniecturaliter*
77		80	30	131	3	133	8	129	14	
78	37	81	0	133	45	139	3	132	7	*Affirmare*
79		81	30	136	26	141	21	135	0	
80	38	82	0	139	6	144	14	137	17	
81		82	30	141	45	147	7	140	9	
82	39	83	0	144	22	150	0	142	23	
83		83	30	146	59	152	16	145	13	
84	40	84	0	149	37	155	8	148	4	
85		84	30	152	9	158	0	150	18	
86	41	85	0	154	43	160	15	153	9	
87		85	30	157	17	163	5	155	22	
88	42	86	0	159	10	165	19	158	12	
89		86	30	162	22	168	9	162	2	
90	43	87	0	164	54	170	23	163	15	
91		87	30	167	26	173	13	166	4	
92	44	88	0	169	57	176	2	168	16	
93		88	30	172	28	178	10	171	6	
94	45	89	0	174	59	181	5	173	19	
95		89	30	177	29	183	19	176	9	
96	46	90	0	180	0	186	7	178	22	

PARALLELORVM Climatumque explicatio.

DE Parallelorum numero, uaria apud antiquos fuit sententia. Quoniam Ptolemęus in magna Compositione 39. enumerat parallelos, & in Geographiæ libro, ut apparet in cap. præcedenti 21. tantum. Paralleli magnæ compositionis differunt, & quo ad transitum, & quo ad initium à Parallelis geographiæ. Paralleli enim magnæ compositionis sumunt initium ab æquatore, & Geographiæ à puncto distante ab æquatore 4. grad. & minut. 15. ita quod secundus magnæ compositionis, est primus Geographię, & sic de singulis. Ratio huius diuersitatis puto fuisse, quia in Geographiæ uolumine explicandi erant paralleli, qui per loca habitata transiebant, & totam ferè cognitã, ab eis, terram includebant. In Almagesto uero accommodati sunt paralleli secundum cæli situm, & non ut sunt, sed ut esse debent, & ratio Astronomica postulat. Paralleli Geographiæ augentur per quartam horæ, & maximus eorũ dies est horarum. Paralleli Almagesti augentur etiam per quartam horæ, usque ad Vigesimum quintum, ab eo usque ad 32. per horæ dimidium, à 32. autem ad finem usque per dies, & dies non per horas augentur, sed per dies. In nostra autem tabula parallelorum, positi sunt Paralleli secundum, ut plurimum, recentiorum obseruationem, & augentur omnes per horæ quartam, usque ad 49. parallelum, sub quo polus borealis eleuatus est grad. 66. & plusquam dimidio ab eo loco ad finem usque augentur per dies, quoniam aliqua pars Eclipticę degentibus ibi nunquam occultatur, huic, æqualis pars, semper occulta manet. Dies nostrorum parallelorum non conueniunt cum diebus parallelorum Ptolemæi; propterea quod alia est obliquatio Solis maxima nostra, & alia Ptolemæi: ab obliquatione enim Solis, augentur & diminuuntur maximi dies, cum maior declinatio fuerit, maior erit & differentia ascensionis, sub una poli eleuatione, & per consequens maior arcus semidiurnus, & dies totus. In tabulæ prima parte igitur nostræ inuenies numerum parallelorum, deinde climata, postea altitudinem poli respondentem parallelo, & maximnm diem concordantem cum eleuatione poli, & è directo uersus dexteram loca transitus. In secunda parte inuenies etiam numerum parallelorum, climatum, eleuationem poli, arcum & eclipticæ, qui semper illi eleuationi poli apparet, ac etiam arcum qui semper occultatur, deinde numerum dierum æquiualentem maximo diei, & numerum dierum æquiualentem maximæ nocti, & è directo loca transitus. Dixi quod inuenies climata. aduertendum est, quod clima nihil aliud est, nisi spatium terræ, siue zona clausa inter duos parallelos, in principio & fine cuius dies maximus sensibiliter uariari uidetur. & dicitur (ait Vitruuius) clima, ab inclino, quoniam, quo magis tendimus Septentrionem uersus, magis inclinantur: ab antiquis enim septem tantum enumerata fuerunt Climata, quoniam cum eis, totam complectebatur terram habitatam, & putarunt quod terra quæ erat extra climata, aut inhabitata erat, aut à beluis & agrestis hominibus habitari. Nos autem quemadmodum totum quadrantem sub parallelis distribuimus, pari modo & sub climatibus locauimus. Paralleli enim distant inuicem per quartam horæ partem, & climata per dimidium, At ubi paralleli non per horaria spatia numerantur, & hoc est in secunda parte tabulæ, numerantur enim tunc per altitudinem poli, & uariantur per dimidium gradus, & climata etiam uariantur secundum

dum poli altitudinem, & augentur per gradum unum, hac enim supputatione, paralleli sunt 96. & climata 46. Initium enim climatum in tabula nostra, est ferè commune cum initio antiquorum. Parallelus enim quid, diximus alibi quod est, circulus minor descriptus diurna reuolutione, a regionis uertice, uel ab assignato in cælo puncto. Etsi à parte austrina non numerantur climata, & paralleli per loca insignia, possumus tamen æquales numero parallelorum, & climatum numerare ab æquatore ad polum austrinum, siue antarcticum, quemadmodum Ptolemæus in geographia facit, enumerat enim ipse parallelum qui australem terram terminabat suę ætati, oppositum per Meroem. parimodo & nos numerabimus addito uerbo opposito, uel ante, ut oppositum per Alexandriam, oppositum per Romam, oppositum per Rhodum, & sic de singulis. Restat pro completa parallelorum ratione, addere tabulam quantitatis umbrarum meridianarum, Aequinoctialium, Aestiualium, & Brumalium, ad singulas poli sublimitates.

Tabula

Tabula quantitatis Vmbrarum Meridianarum, qualium Gno. est 60. Aestiualis, Aequinoctialis, & Brumalis puncti, ad singulas Poli sublimitates.

Alt. poli	Aestiualis		Aequinoctialis		Brumalis		Alt. poli	Aestiualis		Aequinoctialis		Brumalis	
G	P	m.	P	m.	P	m.	G	P	m.	P	m.	P	m.
1	24	49	1	3	27	18	31	7	56	36	3	84	2
2	23	36	2	5	28	35	32	9	0	37	29	87	13
3	22	24	3	8	29	53	33	10	4	38	57	90	34
4	21	13	4	11	31	12	34	11	8	40	28	94	5
5	20	3	5	15	32	32	35	12	14	42	1	97	49
6	18	53	6	18	33	54	36	13	19	43	35	101	45
7	17	44	7	22	35	18	37	14	25	45	12	105	56
8	16	36	8	26	36	44	38	15	32	46	52	110	23
9	15	29	9	30	38	11	39	16	40	48	35	115	8
10	14	22	10	34	39	40	40	17	48	50	20	120	11
11	13	16	11	39	41	12	41	18	57	52	9	125	39
12	12	10	12	45	42	45	42	20	6	54	1	131	30
13	11	5	13	51	44	21	43	21	16	55	57	137	49
14	10	0	14	57	46	0	44	22	27	57	56	144	40
15	8	56	16	4	47	41	45	23	39	60	0	152	7
16	7	52	17	12	49	24	46	24	53	62	8	160	16
17	6	48	18	20	51	11	47	26	7	64	20	169	12
18	5	45	19	20	53	2	48	27	22	66	38	179	4
19	4	42	20	39	54	56	49	28	39	69	1	190	0
20	3	38	21	50	56	53	50	29	56	31	30	202	14
21	2	35	23	2	58	54	51	31	15	34	5	216	0
22	1	32	24	14	61	0	52	32	37	76	48	231	35
23	0	29	25	28	63	10	53	33	59	79	37	249	26
24	0	33	26	43	65	25	54	35	23	82	34	270	5
25	1	36	27	58	67	45	55	36	48	85	41	294	15
26	2	38	29	15	70	11	56	38	15	88	57	322	57
27	3	41	30	34	72	43	57	39	45	92	23	357	35
28	4	44	31	54	75	21	58	41	16	96	1	400	16
29	5	48	33	15	78	7	59	42	50	99	51	454	12
30	6	52	34	38	81	0	60	44	26	103	94	524	34

Residuum Tabulæ quantitatis Vmbrarũ meridianarum qualium Gno. est 60. Aestiualis, Equinoctialis, & Brumalis puncti, ad singulis Poli sublimitates.

Alti poli	Aestiualis		Equinoctialis		Brumalis	
G	P	m.	P	m.	P	m.
61	46	5	108	14	620	17
62	47	46	112	50	758	8
63	49	30	117	45	974	1
64	51	17	123	0	1360	36
65	53	8	128	39	2253	44
66	55	1	134	45	6547	56
67	56	59	141	21	Infinitum.	
68	59	1	148	30		
69	61	6	156	18		
70	63	17	164	70		
71	65	32	174	15		
72	67	52	184	39		
73	70	18	196	15		
74	72	51	209	14		
75	75	29	223	55		
76	78	15	240	38		
77	81	9	259	53		
78	84	11	282	16		
79	87	23	308	40		
80	90	44	340	16		
81	94	16	338	49		
82	96	0	426	55		
83	101	58	488	39		
84	106	9	570	51		
85	110	37	685	48		
86	115	23	658	2		
87	128	28	1544	52		
88	125	56	1718	10		
89	131	48	3437	24		
90	138	9	Infinitum.			

PRÆCEDENTIS TABVLÆ *Vſus, & quomodo per eum facillime altitudo Poli deprehendatur.*

PRęcedentis Tabulę Iucundiſsimus eſt Vſus. Quoniam vbi datæ fuerint partes Vmbræ meridianæ æſtiualis, æquinoctialis, ſiue brumalis, prout Gnomō ſupponitur partiū 60, illico dabitur eleuatio Poli. Obſeruatio enim huius rei fit hoc modo. Erige Gnomonem diuiſum in 60, partes æquales ad planum aliquem perpendiculariter, quemadmodum docuimus, deinde cum magnete, aut per regulas datas, deprehendatur meridiana linea, dum Sol obtinuerit ſolſtitia uel æquinoctia. Cum enim Vmbra, meridianam occupauerit lineam, menſuretur Vmbræ longitudo, cum qua ingrediatur præcedentem tabulam realiter, & e directo uerſus ſiniſtram inuenies eleuationem poli quæſitam. Si partibus Vmbræ adhæſerint minuta non præciſæ in tabula inuenta, partem ſumito proportionalē, & veniet eleuatio poli ad gradus & minuta. Vt ſi dum Sol ſolſtitium æſtiuum occupat, ſint inuentæ Vmbræ meridianæ partes 23. m. 50. ingredior tabulam cū his partibus, easque non inuenio præciſæ, ſed proximæ minores ſunt 23. m. 39. & e directo dant gra. 45. pro gradibus integris eleuationis poli: deinde partes 23. m. 39. detraho à partibus 23. m. 50. remanēt m. 11. ſumo etiam partes vmbræ in tabula, cum gra. 46. eleuationis poli, quæ ſunt. 24. & m. 53. à quibus demo partes vmbræ 45. gradus, reſiduum erit unius partis, & minutorum 14. ſiue minntorum 74, dico nunc per regulam proportionum, ſi 74. dant 60. quid 11, duco 11, per 60, ueniunt 660, ſecunda, quæ diuiſa per, 74. naſcitur quotiens minutorum 8. quæ quidē minuta addita 45. partibus prouenit eleuatio poli 45. graduum minutorumq; 8. quod quærebatur.

At ſi ſol neque ęquinoctia, neque ſolſtitia occupauerit, ſed partes alterius ſigni, tunc opus eſt per regulas præcedentes, ſumere per vmbram altitudinem ſolis meridianam, & cum ea poſtea inuenire altitudinem poli; quemadmodum docuimus. Vel facilius, vbi prius conditæ fuerit tabulæ vmbrarum meridianarū, ad ſingulas poli ſublimitates pro quolibet Eclipticæ gradu. quæ quomodo conficiēda ſunt per te ipſum inuenies, ſi ea, quæ de vmbris dicta ſunt, recte intellexiſti quoniam facilis eſt uia, ſed aliquantulum longa. Reliquum eſt nunc aliqua de diminutione, & augmento dierum dicere.

De Diebus & Noctibus de augmento & diminutione dierum artificialium.

DIem duplicē eſſe uolunt Aſtrologi, & ratio poſtulat. Quoniā aut eſt naturalis, aut Artificialis. Naturalis dies eſt reuolutio primi mobilis ſolem rapientis, circa terrā ſemel, à pūcto dato ad eū punctū, hic ſemper eſt horarū 24. de inæqualitate horum dierum, ac etiam de cæteris eorū paſsionibus, alibi dicemus. Artificialis dies eſt mora ſolis ſupra terram, ſiue tempus menſurans motum primi mobilis, ab ortu ſolis ad occaſum eius. Nox artificialis eſt ſtatus ſolis ſub terra, Vel tempus menſurans motum primi mobilis, ab occaſu ſolis ad ortū eius. Vnus dies artificialis cum eius nocte conficiunt diem naturalem. Sunt enim dies artificiales ſub uariis poli eleuationibus uarii, ac etiam in una poli altitudine inæqua-

ne inæquales. Ratio huius inæqualitatis tota pendere a sectione sphæræ uidetur. Quoniam enim quotidie sol motu primi mobilis describit parallelos æquatori, qui quidem omnes sunt clausi à tropicis, & Tropici omnibus minores existunt. 11. Paralleli ab horizonte recto, qui per polos transit, diuisi sunt in partes, æquales, Quoniam si plures fuerint paralleli in sphæra, & circulus maior per polos illorum transiuerit, 15. parallelos omnes bifariam secabit per ea quæ a Theodosio propositione decima secundi sphæricorum probantur. ob id igitur sub æquatore dies artificiales sunt æquales noctibus. in tanto enim tempore æquator complet reuolutionem suam, inquanto eius paralleli omnem: per ea quæ supra diximus. At 11. paralleli ab horizonte obliquo inæqualiter secti sunt, ob id dies artificiales inæquales existunt, & maiores existunt dies ab æquinoctio uerno ad autumnale, minoresque ab autumnale ad vernum, nobis qui polum Boreum supra horizontem habemus. Quoniā si in sphæra maximus circulus parallelos aliquot circulos in sphærica superficie descriptos secet quidem, non tamen per polos: in partes inæquales eos secabit excepto maximo parallelorum. De parallelorum autem segmentis in uno hemisphæriorum interceptis, ea quæ sunt inter maximum parallelorum & polum conspicuum, sunt maiora semicirculo: reliqua uero quæ sunt inter maximum parallelorum & polum occultum sunt semicirculo minora. Aequalium denique ac parallelorum circulorum altera segmenta, sunt inter se æqualia. per 29. secūdi Theodosii. ob id etiam dies artificialis unius paralleli in horizonte obliquo, est æqualis nocti artificiali paralleli oppositi ac etiam dies æquinoctialis, æqualis est nocti per superius allegatam propositionem. Hinc sequitur quod quanto magis obliquatur horizon, tanto magis dies ab æquinoctio uerno ad autumnale sunt maiores diebus ab æquinoctio autumnale, ad uernale ac etiā horizon, cum vno horum parallelorum attingerit uersus polum conspicuum, & reliquum sibi oppositum contingerit. sed hic totus supra horizontem apparet, ille uero sub. ob id illis quorum Zenith est in circulo arctico cōtingit habere diem maximum 24. horarum, & fit dum sol primum punctum cancri obtinuerit: & nox sub principio capricorni etiam 24. horarum erit. Ac etiam si plures circulorum parallelorum supra terram manserint, vnus dies continuus sine nocte, erit pluriū dierū: & nox sub parallelis oppositis erit etiam plurium dierum sine die. ex his etiam conspicua fiunt reliqua dierum artificialium. Cuius quātitatis sub unoquoque parallelo sit dies maximus, in tabula parallelorum apparet.

Cur Dies maximus dum fuerit dierum, maior est nocte maxima sub eadem poli sublimitate.

NOn inepte dubitauerit quispiam, unde est quod dies maximus, dum est plurium dierū sub eadem poli eleuatione est maior nocte; cum tot sint per ea quæ dicta sunt paralleli diei, quot & noctis. uel cum arcus Eclipticæ apparēs æqualis est occulto. Hæc dubitatio, ab eo qui recte intelligit motū propriū solis, faciliter soluitur. Dum enim sol mouetur per cancrum, motus eius tardior est motu dū mouetur per capricornum; quia dum deambulat per cancrū, mouetur per augem, dum capricornū per oppositum augis. per augem, tardior est eius motus, quam per oppositum: ut à Ptolemæo probatur. igitur cum arcus æquales transire debet sol, & per vnum velocior quam per alium mouetur, fit perspicuū, per definitionem motus irregularis, in minore tempore trāsire solem, arcum sub terra, quam arcum supra in regionibus istis ubi polus Boreus eleuatur. in parte opposita uero maior est nox maxima die quia dum sol facit diem, transit Capricornum, dum noctem cancrum.

Solutio

Solutio cur dies non æqualiter cum altitudine poli crefcant.

DVbitauerit etiam aliquis,cur dies non ita augentur quemadmodum polus exaltatur.vt dum polus eleuatur 40.gradus, dies maximus eft, 14 horarũ cum m.52.dum exaltatur 45.eft horarum 15,m.26.dum exaltatur. 50 . eft horarum 16,m.10.& dum 55.eft horarũ 17,m.8.altitudines poli æqualiter,& dies inæqualiter augentur.Hæc folutio pendet tota ab amplitudine ortus, & differentia afcenfionis. Quoniam fi imaginetur polus eleuatus 10,gradus,& fectio horizontis & meridiani fiue linea meridiana prima, deinde imaginetur etiam polus eleuatus per 10 alios gradus,imaginetur etiam linea meridiana fiue fectio horizontis & meridiani & dicetur meridiana fecunda. Imaginetur deinde æquator & parallelus vltimus,qui quidem fecatur a lineis meridianis dictis in duobus locis.Et quoniam ab axe fphæræ & linea meridiana prima conftitutus angulus æqualis eft angulo facto à linea meridiana prima & fecunda,Cum contineantur ab arcubus æqualibus,igitur totus angulus contentus ab axe fphæræ & linea meridiana fecunda,eft bifariam diuifus à linea meridiana prima; & quoniã per ea quæ demonftrata funt à Theodofio,propofitione 10,primi fphęricorum,axis mundi, perpẽdicularis eft ad planũ paralleli,& ad omnes eius lineas ductas à puncto incidentiæ axis,per 4.& 5.vndecimi Euclidis,igitur angulus à fectione plani paralleli,& meridiani,& axe,rectus eft,igitur triangulus ab axe,linea meridiana,& parallelo,orthogonius exiftit:& quia ut diximus,angulus ab axe & linea meridiana fecunda,bifariam diuifus eft,Si recta linea,angulum trianguli bifariam fecans fecuerit & bafim erunt duo fegmenta inter fe,ficut duo reliqua trianguli latera. per tertiam fexti Euclidis fegmentum,igitur meridianæ lineæ fecundæ, inter centrum fphæræ & parallelum,eam habebit rationem ad portionem axis inter centrum & parallelum uel ad finum maximæ foli declinationis,quam portio paralleli,inter fecundam & primam lineam meridianam,ad portionem paralleli, inter primam lineam meridianam & axem.fed portio lineæ meridianæ fecundæ inter parallelum & centrum fphæræ,maior eft portione axis,inter centrum & parallelum,& quia eft latus in triangulo oppofitum angulo recto,& portio igitur paralleli inter meridianam lineam fecundam, & primam , maior erit portione inter primam meridianam , & axem:fed portio paralleli inter meridianam primam & axem eft differentia afcenfionis, fiue dimidium, quo maximus dies fuperat diem æquinoctialem;& portio paralleli inter lineam meridianam primam & fecundã, eft dimidium exceffus, quo dies maximus fecundæ eleuationis,excedit diem maximũ primæ;& cum ij exceffus fint inæquales, fequitur igitur, quod dies non æqualiter cum altitudine poli crefcunt,quod fuit intentum.figuram huius demonftrationis petas à Copernico libro fecundo, capite feptimo , eft enim figura ultima.

Quanti-

Quantitas diei, Noctis, Meridies, Arcus ſemidiurnus & ſeminocturnus quomodo inueniatur.

QVantitas maximi diei ſub omni eleuatione poli, in tabula parallelorum poſita eſt; At quomodo inuenienda ſit quantitas cuiuſcunq; diei ſub alijs ſignis ſole exiſtente, facilis eſt uia. Quoniam ſi per præcedentes, ſumas locum ſolis, & cum eo ingredere Tabulam temporis ſemidiurni, ſub data poli ſublimitate, inuenies in area arcum ſemidiurnũ; qui ſi duplatus fuerit emergit diei artificialis quantitas; et ſi à 24. arcum ſemidiurnum detraxeris, remanet meridies. ſi arcus diurnus dempſeris à 24, relinquetur quantitas noctis. ſi arcus ſemidiurnus ſubtraxeris à 12, relinquetur arcus ſemi noturnus. vt ſi libeat inuenire omnia dum ſol eſt in principio tauri, ſub altitudine poli 45. grad. ingredior tabulam temporis ſemidiurni, in ſignis borealibus (quia Taurus ſignum Boreale eſt) cum principio tauri, ſub, 45. gradu, & in angulo communi, inuenio, 6. ho. m. 47. oſtendunt enim hæ hore arcum Semidiurnum, dum ſol fuerit in principio tauri ſub 45. gra. eleuationis poli. has horas demo ex 24. relinquentur horæ 17. minut. 13. horæ ſcilicet meridiei. has etiam horas detraho ab horis 12. relinquentur horę 5. m. 13. pro medietate noctis, quam ſi duplauero, uenient horæ, 10. m. 26. pro quantitate noctis, has horas ſi à 24. dempſero, remanēt, 13. horæ & m. 52, pro quantitate diei artificialis. reliqua per ſe patent. Hæ Tabulæ toti inſeruiunt Europæ, pro reliquis partibus ex Regimõtani tabulis particulares conficies tabulas. Reliquũ eſt tradere uiam, quomodo data diei artificialis quantitate, inuenienda ſit altitudo poli, & quomodo data amplitudine Ortus inuenienda ſit poli ſublimitas. ſed quia obſeruatio tam amplitudinis ortus, quam quantitatis diei perdifficilis valde exiſtit, & cum paruus error in obſeruatione committitur, totum ruitur opus, ideo conſulto prætermittuntur regulæ.

Tabula temporis Semidiurni in ſignis Borealibus.

Poli	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	Ait.
H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M	H M
♈ 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	30
3	6 3	6 4	6 4	6 4	6 4	6 4	6 4	6 4	6 5	6 5	27
6	6 7	6 7	6 8	6 8	6 8	6 8	6 9	6 9	6 9	6 10	24
9	6 10	6 11	6 11	6 12	6 12	6 12	6 13	6 13	6 14	6 14	21
12	6 14	6 14	6 15	6 15	6 16	6 17	6 17	6 18	6 18	6 19	18
15	6 17	6 18	6 19	6 19	6 20	6 21	6 21	6 22	6 23	6 24	15
18	6 21	6 22	6 22	6 23	6 24	6 25	6 26	6 27	6 27	6 29	12
21	6 24	6 25	6 26	6 27	6 28	6 29	6 30	6 31	6 32	6 33	9
24	6 27	6 28	6 30	6 31	6 32	6 33	6 34	6 35	6 36	6 38	6
27	6 31	6 32	6 33	6 34	6 36	6 37	6 38	6 40	6 41	6 43	3
♉ 0	6 34	6 35	6 37	6 38	6 39	6 41	6 42	6 44	6 45	6 47	0 ♍
3	6 37	6 39	6 40	6 41	6 43	6 45	6 46	6 48	6 50	6 51	27
6	6 40	6 42	6 43	6 45	6 47	6 48	6 50	6 52	6 54	6 56	24
9	6 43	6 45	6 47	6 48	6 51	6 52	6 54	6 56	6 58	7 0	21
12	6 46	6 48	6 50	6 52	6 54	6 56	6 58	7 0	7 2	7 4	18
15	6 49	6 51	6 53	6 55	6 58	6 59	7 1	7 4	7 6	7 8	15
18	6 52	6 54	6 56	6 58	7 0	7 3	7 5	7 7	7 10	7 12	12
21	6 55	6 57	6 59	7 1	7 3	7 6	7 8	7 11	7 13	7 16	9
24	6 57	7 0	7 2	7 4	7 6	7 9	7 11	7 14	7 17	7 20	6
27	7 0	7 2	7 4	7 7	7 9	7 12	7 15	7 17	7 20	7 23	3
♊ 0	7 2	7 4	7 7	7 9	7 12	7 15	7 17	7 20	7 23	7 26	0 ♌
3	7 4	7 7	7 9	7 12	7 14	7 17	7 20	7 23	7 26	7 29	27
6	7 6	7 9	7 11	7 14	7 17	7 19	7 23	7 26	7 29	7 32	24
9	7 8	7 10	7 13	7 16	7 19	7 22	7 25	7 28	7 31	7 35	21
12	7 9	7 12	7 15	7 17	7 20	7 23	7 27	7 30	7 33	7 37	18
15	7 11	7 13	7 16	7 19	7 22	7 25	7 28	7 32	7 35	7 39	15
18	7 12	7 14	7 17	7 20	7 24	7 26	7 30	7 33	7 37	7 40	12
21	7 13	7 15	7 18	7 21	7 25	7 27	7 31	7 34	7 38	7 41	9
24	7 13	7 16	7 19	7 22	7 25	7 28	7 32	7 35	7 39	7 42	6
27	7 14	7 16	7 19	7 22	7 25	7 29	7 32	7 35	7 39	7 43	3
30	7 14	7 17	7 19	7 22	7 26	7 30	7 32	7 36	7 39	7 43	0 ♋

Si arcus Semidiurnus ſubtrahatur ex horis { 12. Seminoct. / 24. Meridies } reſultabit

Poli		46		47		48		49		50		51		52		53		54		55		
		H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	
♈	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	30
	3	6	5	6	5	6	5	6	6	6	6	6	6	6	6	6	6	6	7	6	7	27
	6	6	10	6	10	6	11	6	11	6	11	6	12	6	12	6	13	6	13	6	14	24
	9	6	15	6	15	6	16	6	16	6	17	6	18	6	18	6	19	6	20	6	20	21
	12	6	20	6	20	6	21	6	22	6	23	6	24	6	24	6	25	6	26	6	27	18
	15	6	25	6	26	6	26	6	27	6	28	6	29	6	31	6	32	6	33	6	34	15
	18	6	30	6	31	6	32	6	33	6	34	6	35	6	37	6	38	6	39	6	41	12
	21	6	34	6	36	6	37	6	38	6	40	6	41	6	43	6	44	6	46	6	48	9
	24	6	39	6	41	6	42	6	44	6	45	6	47	6	49	6	50	6	52	6	54	6
	27	6	44	6	46	6	47	6	49	6	51	6	53	6	55	6	57	6	59	7	1	3
♉	0	6	49	6	50	6	52	6	54	6	56	6	58	7	0	7	3	7	5	7	8	0 ♍
	3	6	53	6	55	6	57	6	58	7	1	7	4	7	6	7	9	7	11	7	14	27
	6	6	57	7	0	7	2	7	4	7	7	7	9	7	12	7	15	7	17	7	21	24
	9	7	2	7	5	7	7	7	9	7	12	7	15	7	17	7	20	7	24	7	27	21
	12	7	7	7	9	7	12	7	15	7	17	7	20	7	23	7	26	7	30	7	33	18
	15	7	11	7	13	7	12	7	19	7	22	7	25	7	28	7	32	7	35	7	39	15
	18	7	15	7	18	7	21	7	24	7	27	7	30	7	34	7	37	7	41	7	45	12
	21	7	19	7	22	7	25	7	28	7	31	7	35	7	39	7	42	7	47	6	51	9
	24	7	23	7	26	7	29	7	32	7	36	7	39	7	41	7	48	7	52	7	56	6
	27	7	26	7	29	7	33	7	36	7	40	7	44	7	48	7	52	7	57	8	2	3
♊	0	7	30	7	33	7	36	7	40	7	44	7	48	7	52	7	57	8	2	8	7	0 ♌
	3	7	33	7	36	7	40	7	44	7	48	7	52	7	56	8	1	8	6	8	12	27
	6	7	36	7	39	7	43	7	47	7	51	7	56	8	0	8	5	8	10	8	16	24
	9	7	38	7	42	7	46	7	50	7	54	7	59	8	4	8	9	8	14	8	20	21
	12	7	40	7	44	7	48	7	53	7	57	8	2	8	7	8	12	8	17	8	23	18
	15	7	42	7	46	7	50	7	55	7	59	8	4	8	9	8	15	8	20	8	26	15
	18	7	44	7	48	7	52	7	57	8	1	8	6	8	11	8	17	8	23	8	29	12
	21	7	45	7	49	7	54	7	58	8	3	8	8	8	13	8	19	8	25	8	31	9
	24	7	46	7	50	7	55	7	59	8	4	8	9	8	14	8	20	8	26	8	32	6
	27	7	47	7	51	7	56	8	0	8	4	8	10	8	15	8	21	8	27	8	33	3
	30	7	47	7	51	7	56	8	0	0	5	8	10	8	15	8	22	8	27	8	34	0 ♋

Si dupliceturarcus {Semid. / Seminoct.} producet. {Dies / Nox} artificialis

		36		37		38		39		40		41		42		43		44		45		
		H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	
♎	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	30
	3	5	57	5	56	5	56	5	56	5	56	5	56	5	56	5	56	5	55	5	55	27
	6	5	53	5	53	5	52	5	52	5	52	5	52	5	51	5	51	5	50	5	50	24
	9	5	50	5	49	5	49	5	48	5	48	5	48	5	47	5	47	5	46	5	46	21
	12	5	46	5	46	5	45	5	44	5	44	5	43	5	43	5	42	5	40	5	41	18
	15	5	43	5	42	5	41	5	41	5	40	5	39	5	39	5	38	5	37	5	36	15
	18	5	39	5	38	5	38	5	37	5	36	5	35	5	34	5	33	5	32	5	31	12
	21	5	36	5	35	5	34	5	33	5	32	5	31	5	30	5	29	5	27	5	27	9
	24	5	33	5	32	5	30	5	29	5	28	5	27	5	26	5	25	5	24	5	22	6
	27	5	29	5	28	5	27	5	26	5	24	5	23	5	22	5	20	1	19	5	17	3
♏	0	5	25	5	25	5	23	5	22	5	21	5	19	5	18	5	16	5	15	5	13	0 ♓
	3	5	23	5	21	5	20	5	19	5	17	5	15	5	14	5	12	5	10	5	9	27
	6	5	20	5	18	5	17	5	15	5	13	5	12	5	10	5	8	5	6	5	4	24
	9	5	17	5	15	5	13	5	12	5	9	5	8	5	6	5	4	5	2	5	0	22
	12	5	14	5	12	5	10	5	8	5	6	5	4	5	2	5	0	4	58	4	56	18
	15	5	11	5	9	5	7	5	5	5	2	5	1	4	59	4	56	4	54	4	52	15
	18	5	3	5	6	5	4	5	2	5	0	4	57	4	55	4	53	4	50	4	48	12
	21	5	5	5	3	5	1	4	59	5	57	4	54	4	52	4	49	4	47	4	44	9
	24	5	3	5	0	4	58	4	56	4	54	4	51	4	49	4	46	4	43	4	40	6
	27	5	0	4	58	4	56	4	53	4	51	4	48	4	45	4	43	4	40	4	37	3
♐	0	4	58	4	56	4	53	4	51	4	48	4	45	4	43	4	40	4	37	4	34	0 ♒
	3	4	59	4	53	4	51	4	48	4	46	4	43	4	40	4	37	4	34	4	31	27
	6	4	54	4	52	4	49	4	46	4	43	4	41	4	37	4	34	4	31	4	28	24
	9	4	52	4	50	4	47	4	44	4	41	4	38	4	35	4	32	4	29	4	25	21
	12	4	51	4	48	4	45	4	43	4	40	4	37	4	33	4	30	4	27	4	23	18
	15	4	49	4	47	4	44	4	41	4	38	4	35	4	32	4	28	4	25	4	21	15
	18	4	48	4	46	4	43	4	40	4	37	4	34	4	30	4	27	4	23	4	20	12
	21	4	47	4	45	4	42	4	39	4	36	4	33	4	29	4	26	4	22	4	18	9
	24	4	47	4	44	4	41	4	38	4	35	4	32	4	28	4	25	4	21	4	18	6
	27	4	46	4	44	4	41	4	38	4	35	4	31	4	28	4	25	4	21	4	17	3
	30	4	46	4	43	4	41	4	38	4	34	4	30	4	28	4	24	4	21	4	17	0 ♑

Si arcus Semidiurnus subtrahatur ex horis { 12. Seminoct. / 24. Meridies } resultabit.

Tabula Temporis Semidiurni in signis Australibus.

		36		37		38		39		40		41		42		43		44		45		
		H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	
♎	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	6	0	30
	3	5	57	5	56	5	56	5	56	5	56	5	56	5	56	5	56	5	55	5	55	27
	6	5	53	5	53	5	52	5	52	5	52	5	52	5	51	5	51	5	50	5	50	24
	9	5	50	5	49	5	49	5	48	5	48	5	48	5	47	5	47	5	46	5	46	21
	12	5	46	5	46	5	45	5	44	5	44	5	43	5	43	5	42	5	40	5	41	18
	15	5	43	5	42	5	41	5	41	5	40	5	39	5	39	5	38	5	37	5	36	15
	18	5	39	5	38	5	38	5	37	5	36	5	35	5	34	5	33	5	32	5	31	12
	21	5	36	5	35	5	34	5	33	5	32	5	31	5	30	5	29	5	27	5	27	9
	24	5	33	5	32	5	30	5	29	5	28	5	27	5	26	5	25	5	24	5	22	6
	27	5	29	5	28	5	27	5	26	5	24	5	23	5	22	5	20	1	19	5	17	3
♏	0	5	25	5	25	5	23	5	22	5	21	5	19	5	18	5	16	5	15	5	13	0 ♓
	3	5	23	5	21	5	20	5	19	5	17	5	15	5	14	5	12	5	10	5	9	27
	6	5	20	5	18	5	17	5	15	5	13	5	12	5	10	5	8	5	6	5	4	24
	9	5	17	5	15	5	13	5	12	5	9	5	8	5	6	5	4	5	2	5	0	22
	12	5	14	5	12	5	10	5	8	5	6	5	4	5	2	5	0	4	58	4	56	18
	15	5	11	5	9	5	7	5	5	5	2	5	1	4	59	4	56	4	54	4	52	15
	18	5	3	5	6	5	4	5	2	5	0	4	57	4	55	4	53	4	50	4	48	12
	21	5	5	5	3	5	1	4	59	5	57	4	54	4	52	4	49	4	47	4	44	9
	24	5	3	5	0	4	58	4	56	4	54	4	51	4	49	4	46	4	43	4	40	6
	27	5	0	4	58	4	56	4	53	4	51	4	48	4	45	4	43	4	40	4	37	3
♐	0	4	58	4	56	4	53	4	51	4	48	4	45	4	43	4	40	4	37	4	34	0 ♒
	3	4	59	4	53	4	51	4	48	4	46	4	43	4	40	4	37	4	34	4	31	27
	6	4	54	4	52	4	49	4	46	4	43	4	41	4	37	4	34	4	31	4	28	24
	9	4	52	4	50	4	47	4	44	4	41	4	38	4	35	4	32	4	29	4	25	21
	12	4	51	4	48	4	45	4	43	4	40	4	37	4	33	4	30	4	27	4	23	18
	15	4	49	4	47	4	44	4	41	4	38	4	35	4	32	4	28	4	25	4	21	15
	18	4	48	4	46	4	43	4	40	4	37	4	34	4	30	4	27	4	23	4	20	12
	21	4	47	4	45	4	42	4	39	4	36	4	33	4	29	4	26	4	22	4	18	9
	24	4	47	4	44	4	41	4	38	4	35	4	32	4	28	4	25	4	21	4	18	6
	27	4	46	4	44	4	41	4	38	4	35	4	31	4	28	4	25	4	21	4	17	3
	30	4	46	4	43	4	41	4	38	4	34	4	30	4	28	4	24	4	21	4	17	0 ♑

Si arcus Semidiurnus subtrahatur ex horis { 12. Seminoct. / 24. Meridies } resultabit.

Modus per quem orbis in plano ita describi possit, ut commensuratione similis sit positioni sphericæ. Cap. XXIIII.

IN descriptione uero quæ in tabula fit, modus Symmetriæ extremorum parallelorum talis nobis erit. Præparabimus tabulam parallelo gramam rectangulam, ueluti est a, b, c, d, habeatque latus a, b, duplum ferè quam a, c, supponaturq; recta, a, b, secundum positionem superiorem, quæ in descriptione uersus partes erit Boreales. Deinde diuidemus, a, b, bifariam, & ad rectos angulos lineæ rectæ, e, f, norman illi commensuratam, & rectam adaptabimus: ita ut linea media, e, f, sua longitudine sub una rectitudine, usq; ad, e, g, protrahatur: sumamusque ab ipso, e, usque ad, g, 34. partes tales, quales sunt per lineam rectam, g, f, centum triginta una & tertia cum duodecima: super centroque, g, per signum interstitij, quod ab eo abest per lineam, g, k, sectionibus septuaginta nouem, circulum scribemus, qui pro eo erit parallelo, qui per Rhodum transit, nempe, h, k, l. Pro terminis uero longitudinis, quæ ex sex horarum colliguntur interstitijs ab utraque parte, k, sumamus super, g, f, medij meridiani linea distantiam quatuor interstitioru͂, quæ in parallelo per Rhodum similes sint quinque, per sesquiquartam ferè rationes maximi circuli ad ipsum, talesque decem & octo constituemus ab utraque parte puncti k, secundum circunferentiam, h, k, l, habebimusque signa, per quæ coniungere oportebit ab, g, meridianos, qui tertiæ partis horarum interualla comprehendant: ita ut, g, h, m, & g, l, n, longitudinis terminent fines. Consequenter uero & parallelus qui per Thylem est, scribetur distantia quæ absit ab, g, super linea, f, g, sectionibus 52. ueluti, o, p, q, æquinoctialis uero, ut similiter distet, à g, per lineam, f, g, sectionibus 115. qui sit, r, s, t, oppositus uero per Meroem & australissimus, ut distet à, g, sectionibus 131. cum tertia & duodecima, ueluti, m, u, n. Ratio igitur ipsius r, s, t, ad, o, p, q, colligetur quemadmodum 115. ad 52. secundum rationem parallelorum horu͂ in sphæra: quandoquidem qualium, g, s, supponitur 115. talium est &, g, p, sectionum quinquaginta duarum. Et quemadmodum se habet, g, s, ad, g, p, sic se habet circunferentia, r, s, t, ad, o, p, q. Deprehendetur autem & meridiani, p, k, distantia, hoc est ea, quæ ab parallelo, qui per Thylem transit ad illum qui est per Rhodum sectionum 27. distantia uero, k, s, idest, à parallelo, qui per Rhodum ad æquinoctialem usque, earundem sectionum existit 36. At distantia, s, u, hoc est ea, quæ ab æquinoctiali est ad oppositum ei, qui est per Meroem, earundem 16. cum tertia & duodecima. Præterea qualium est di-

stantia, p, u, secundum latitudinem terræ cognitæ, septuaginta nouem cum tertia & duodecima, aut integrarum octuaginta, talium erit & h, k, l, media secundum longitudinem distantia, centum scilicet quadraginta quatuor, secundum ea, quæ demonstrationibus supponuntur: eandem enim rationem ferme habent, quadraginta milia latitudinis, ad septuaginta duo milia longitudinis, in parallelo, qui per Rhodum transit. Porrò & reliquos scribemus parallelos, si rursus centro, g, usi fuerimus, & interstitijs, quæ distant ab, s, æqualibus sectionibus, ut expositum est, ab recessibus æquinoctialis. Cæterum non oportet ut eas lineas, quæ pro meridianis ponuntur, ad parallelum usque, m, u, n, rectas scribamus, sed solum usque ad æquinoctialem, r, s, t, ac postea circunferentiam, m, u, n, diuidemus in æqualia, & numero paria segmenta, quæ attribuemus meridianis illis, qui per Meroem sumuntur, sectionesque illas coniungemus, cum meridianis, qui recte super æquinoctialem incidunt, ut appareat, qualis ex inuersione transsumpta, sit ab altera æquinoctialis parte & ad meridiem declinans positio, ueluti ostendunt, r, x, & t, y, lineæ.

Demum propter facilem locorum ordinandorum adnotationem iterum regulamentum tenue faciemus, quod æquale sit longitudini, g, f, tantum illudq; firmabimus in, g, ita, ut cum per totam longitudinem descriptionis circunferatur, exacte rectis alterius lateris congruat meridianis, quo sectio eius per medium

medium cadat polum: latusque hoc in ſegmenta, ſi ad, g, f, pertinere debent, centum triginta & unam diuidemus, aut ſolum in ſegmenta centum quindecim, ſi g, f, reſpiciant: numeroſque adnotabimus facientes initium à ſectione quæ per æquinoctialem eſt: à quibus & parallelos ſcribi intelligere poſſumus, nedum meridianum, qui in deſcriptione eſt, in omnia ſegmenta diuidimus, & ſignamus, inſcriptiones locorum, quæ ſuper ipſum caſuræ ſunt confundamus. Partiemur igitur æquinoctialem in duodecim horarum centum octuaginta partes, numeroſque apponemus, initium facientes à meridiano occidentaliſſimo, ac ſemper regulamenti latus ad oſtenſam longitudinis partem mouebimus donec per diuiſionem in regulamento factam, ad poſitionem ſecundum latitudinem ſignatam perueniamus, ibique ſuper unoquoque ſignationem debitam, eodem quo in ſphæra oſtenſum eſt, modo faciemus.

Pars ſecunda huius ultimi capitis.

Porrò ſimiliorem etiam & magis commenſuratam deſcriptionem orbis, in tabula faciemus, ſi lineas meridianas imaginatione concipiamus, ad ſimilitudinem linearum meridianarum in ſphæra: ita ut aſpectus ſeu oculorum axis in ſphæræ poſitionem penetret, & per ſectionem, quæ ad aſpectum eſt meridiani, qui longitudinem terræ cognitæ in duas diuidit partes, & paralleli qui & ipſe bifariam ſecat eius latitudinem, necnon centrum ſphæræ, quo ex æquo termini oppoſiti uiſu comprehendantur & appareant.

Primum igitur propter quantitatem inclinationis parallelorum circulorum, & per inciſionem ſignatam, & centrum ſphære erecti ad medium longitudinis

tudinis meridianum plani, circulus intelligatur maximus, qui hemiſphærium terminet apparens, a, b, c, d, & ſemicirculus, qui hemiſphærium meridianum bifariam diſpertit ſic, a, e, c, at ſectio, quæ ad aſpectum huius eſt, & paralleli, qui bifariam ſecat latitudinem ſit ſignum, e, ſcribaturque per, e, circuli maximi iterum ſemicirculus rectus ad, a, e, f, c, qui ſit, b, e, d, cuius planum per axim aſpectuum ſeu uiſus ſubijci conſtat. Inde circunferentiæ, e, f, partes ſumantur uiginti tres & ſemis cum tertia, tot enim diſtat æquinoctialis ab eo qui per Sycnem eſt, qui maximus ferè conſtituitur latitudine: ſcribaturq; per, f, ſemicirculus æquinoctialis, b, f, d, & tunc inclinatum apparebit æquinoctialis planum, necnon reliquorum parallelorum, ad illud quod eſt per axem aſpectuum ſeu uiſus, quum circunferentia, e, f, partium exiſtat uiginti trium ſemis cum tertia.

Intelligantur itaque, a, e, f, c, & b, e, d, rectæ pro circunferentijs, b, e, rationem habentibus ad, e, f, quam 90. ad 23. dimidium & tertium, & producta, c, a, cadat in centrum: in quo ſcribatur, b, f, d, circuli ſegmentum, iuxta, g. Sitque nunc propoſitum ut ratio inueniatur, g, f, ad, e, b. Iungatur itaque, f, b, recta quæ bifariam diuidatur in, h, coniungatur etiam, h, g, nempe ut perpendicularis ad, b, f, fiat. Quoniam igitur qualium eſt b, e, recta nonaginta talium ſupponitur, e, f, uiginti trium & ſemis cum tertia, eorundem, erit &, b, f, ſubtenſa nonaginta trium cum decima. Angulus uero ſub,

b, f, e,

b, f, e, talium centum quinquaginta cum tertia, qualium duo recti trecentarum sexaginta: reliquus uero angulus sub, b, g, f, eorundem uigintinouem cum tertijs duobus. ac ideo ratio, g, f, est ad, f, b, eadem, quæ 180. semis cum tertia ad 46. & semis cum uicesima: & qualium est, b, f, recta 46. semis cum uicesima, talium, b, e, recta nonaginta: ita ut qualium est, e, b, recta 90. eorundem est, f, e, 23. semis cum tertia, ac ideo qualium est, e, b, recta nonaginta, talium habebimus &, g, f, rectam 181. semis cum tertia. Signumque g, in quo omnes scribantur paralleli in descriptione plana.

His præmissis accipiatur tabula, a, b, c, d, quæ iterum in duplo maiorem habeat, a, b, quam, a, c, sed æqualem, a, e, cum, e, b, & ad ipsas rectam, e, f: diuidaturque æqualis aliqua, e, f, recta in nonaginta quadrantis partes, accipianturq;, f, g, partes sedecim cum tertia & duodecima, g, h, uero partes 23. semis cum tertia. at, g, k, earundem 63. suppositoque, g, pro æquinoctiali, erit, h, nota, per quam scribetur qui per Syenem est, & medius fermè latitudinis parallelus. F, uero nota erit, per quam scribetur ille, qui australem terminat finem & oppositus illi qui transit per Meroem. k. autem per quam signabitur ille, qui positionẽ finit septentrionalem, caditq; per insulam Thylen. Deinde linea, e, f, producatur usque ad, l, ita quod tota linea, f, e, l, contineat earundem sectionum 181. dimidiam cum tertia, aut 180. tantum; nam propter hoc descriptio nil notatu dignum uariabit, in centroq;, l, & interuallis, f, &, h, &, k, circunferentias scribemus, q, k, r, & o, h, p, &, m, f, n, & sic propria ratio parallelorum, ad inclinationem per axim aspectuum seu uisus super planum obseruata erit. Quoniam & hic axis ad, h, declinare debet, & rectus esse ad tabulæ planum, ut rursus ex æquo oppositi fines descriptionis uisu comprehendi possint. Vt autem longitudo quoque commensurata sit latitudini (quoniam in sphæra qualium est maximus circulus quinq;, taliũ fermè parallelus p Thylẽ esse colligitur duarũ cũ quarta, qui uero p Syenẽ est, quatuor cũ dimidia & duodecima: at qui est per Meroẽ quatuor semis cum tertia) oportet ex vtraque parte, f, k, meridianæ rectæ decem et octo constituere meridianos, per tertiam partem unius horæ æquinoctialis, ad cõplementum eorum, qui sub tota longitudine comprehenduntur. Semicirculorum autem æquiualentia accipiemus segmenta, secundum quemlibet trium expositorum parallelorum, tertiæ partis horæ unius partes quinq;. Et à, K, quidem per duas partes et quartam faciemus sectiones, qualium habebamus, e, f, rectam nonaginta: ab h, uero per quatuor & dimidiam cum duodecima, & ab, f, per quatuor dimidiam cum tertia super eisdem. Deinde per æquiualentia tria signa, scribemus circunferentias, quæ erunt pro reliquis meridianis, tanquam quæ totam terminent longitudinem, s, t, u, &, x, y, z. Adimplebimus & eas quoque, quæ pro cæteris erunt parallelis, rursus centro, L, utentes, distantia uero pro fiendis sectionibus, super linea, f, k, iuxta distãtias eorũ ad æquinoctialem. Quod uero

talis

talis deſcriptio ſphæricæ formæ ſimilior ſit quàm prior, per ſeſe patet. Quoniam ſi ſphæra fixa maneat, & non circumuoluatur, quod & tabulæ contingit neceſſario, quum per medium deſcriptionis viſus conſtituitur, unus quidem medius & meridianus per axem aſpectuum ſeu viſus in planum cadens, imaginationem rectæ præbet lineæ: qui uero ex vtraque huius parte ſunt omnes, ad ipſum ſecundũ concaua conuerſi apparent, & magis illi, qui plus ab eo diſtant: quod & hic obſeruabitur, cum decenti conuexitatum analogia: pariter & commenſuratio circunferentiarum parallelorum adinuicem ſeruabitur, non ſolum ut inter illos qui ſub æquinoctiali ſunt & eum, qui per Thylem tranſit, propria conſeruetur ratio, ſed & in alijs, vt quam rectiſſime quadrent, quemadmodum conſiderare licebit, ijs qui periculum ſunt facturi. Quin & totius latitudinis ad totam longitudinem ratio ſeruanda eſt: & rurſus, non ſolum in illo parallelo, qui per Rhodum deſcribendus eſt, quemadmodum ibi, ſed planè in omnibus fermè. Si enim & hic producamus ſ, t, u, rectam ueluti in priori figura, circunferentia, h, t, minorem uideli-

cet rationem

cet rationem faciet ad,F,S,&,k,V,quam conueniat rationi descriptionis huius: ita ut secundum totam,H,T,patiatur defectum.Si vero ipsam,H,T,commensuratam faciemus,k,F,latitudinis distantiæ,F,S, &, k, V, maiores erunt Symmetrijs,ad,F,k,Quemadmodum at,H,T.Si autem,F,S,&,k,V,commensuratas ipsi,F,K,seruauerimus,H,T,minor erit commensuratione ad,k,F, quemadmodum ad,K,V,&,H,T.

Ex his igitur modus iste priorem præcellit, à priori uero in facilitate descriptionis superatur.Quoniam illic quidem,ab regulæ circunductione & translatione,quum solum unus descriptus erit parallelus,ac diuisus,singula loca suo ordine collocari poterũt:quod in descriptione ista non tam facile fieri potest, propter meridianarum linearum ad medium inflexiones, & quia omnes circulos singulatim inscribere necesse est,necnon positiones,quæ inter laterculos cadunt,ad tota amplectentia latera,per partes signatas ratiocinatione coniecturare. Quæ quum ita sint mihi & hic,& vbiq;quod melius est,licet sit laboriosius,deteriori tamen & faciliori præferendum erit:ambos tamen simul ita ordinatos modos,obseruãdos esse censeo eorum hominum gratia,qui propter facilitatem,ad expeditiorem modum sunt procliuiores.

Qualium est æquinoctialis quinq;,talium est qui per Meroem transit quatuor & semis cum tertia,vt rationem habeat ad eum,quam 30.ad 29.

Qualium est æquinoctialis quinq;,talium est,qui per Syenem transit quatuor & semis cum duodecima,ita vt rationem ad eum habeat,quam 60. ad 55. hoc est,duodecim ad vndecim.

Qualium est æquinoctialis quinq;,talium est, qui per Rhodum scribitur quatuor,vt ad eum rationem habeat sesquiquartam.

Qualium est æquinoctialis quinq;,talium est,qui per Thylem transit duarum cum quarta,vt rationem ad eum habeat,quam 20.ad.9.

COMMENTARIA IN *vigesimumquartum Caput.*

IN hoc capite Ptolemæus docere intendit Opticis rationibus,ac etiam Geometricis proiectionem sphæræ in plano;sed ea pars sphæræ tãtummodo proicitur ab eo quæ recipere potest terram cognitam suæ tempestatis. Diuiditur hoc caput in duas partes,in quarum altera continetur descriptio terræ ex imaginatione sphærę mobilis,& in reliqua ex imaginatione sphæræ quiescẽtis; eo quia in prima descriptione meridiani omnes rectæ imaginantur apparere lineæ. Pro igitur completa huius capitis expositione, nonnulla sunt admonenda, ac etiam à Perspectiuis,Astronomis,Geometrisque petenda.Nemo enim poterit rectas intelligere demonstrationes huius capitis,nisi qui introductus fuerit in mathematicis disciplinis. Nos enim principio necessaria huic demonstrationi,ac etiã demõstrationes ponemus,ad studiosorum utilitatem,

Supponit Euclidis in principio ſuæ perſpectiuæ, & Vetellio in principio ſecundi libri, quod omnis viſio fit per rectam lineam, & vbi radii proiecti uel à Viſibile, uel à Viſu, non tenderent in rectam lineam, res non ſpectatur. apparet enim hoc per ſenſum. Deinde (ſiue uiſio fiat extramittendo, ut ab Euclide ſupponitur, à Theone probatur, & Platonici omnes confirmant; ſiue extra mittendo ut Vitellio oſtēdit in 5, propoſitione tertij libri, & Peripateticis placet) Viſionē fieri certi ſumus per pyramidem radioſam, cuius baſis eſt in re uiſibile, & acumen ſiue ſummitas in oculo, hoc ſupponitur ab Euclide, & probatur à Vitellione propoſitione 18. libri tertii. Pari modo ſi ſuperficies aliqua fuerit in eo plano in quo & oculus, ſuperficies recta ſpectatur linea, hoc à Theone probatur. hinc fit quod circunferentia circuli in ea ſupficie in quo & oculus, recta ſpectatur linea, per 22. Theorema Opticis Euclidis, &, 50, propoſitionem 4. Vitellionis. Ex hoc ſequi uidetur, quod ſi ſphæra mobilis conſtituatur, & ſucceſsiue oculus in meridianis ponatur, meridiani omnes recte apparebunt lineæ. id quod autor in prima figuratione fecit. Deinde aduertendum eſt quod in ſphæra ponatur oculus inter æquatorem & polum, tali ratione, ut radius viſualis ſit oblique poſitus ad planum æquatoris, uel non ſit ſuper eum perpendicularis, tranſeatque per centrum ſphæræ: paralleli omnes inclinati apparebunt uerſus æquatorem, ac etiam æquator, & paralleli ultra æquatorem, inclinati apparebunt uerſus polum occultum. Hoc ſic probatur. Quoniam triangulus planus Pyramidis uiſualis, inclinatus eſt ad planum æquatoris, & ad planum omnium parallelorum ęquatoris inclinatus neceſſario erit.

Et Quoniam ſi imaginetur ſphæra A, B, C, D, & ponatur oculus in P. cuius radius oblique ſitus ſit ad æquinoctialem, magis remotus apparebit punctus E, à puncto P, quam, G, &, F, ob plani inclinationem. ob id & circunferentia paralleli inclinari uidebitur æquatorem uerſus. hoc totum ſequitur etiam de parallelis reliquis meridiē, quo ad oculum, ſpectantibus: ac etiam id ſequitur de Parallelo M.L. quoniam pūctus medius huius paralleli, eſt propinquior puncto P, quam M. L. hoc totum per ſe notum eſt, & unicuiq; patet. At de Meridianis alia eſt ratio. Meridiani enim omnes inclinati apparebunt ad meridianum medium, qui recta linea ob ſitum, in eo viſus ſupponitur. ij etiam qui orientem ſpectant, ad eam partem curuam circunferentiam uertunt. ac etiam ij qui occidentem aſpiciunt verſus eam partem incuruantur, vt in præcedenti figura patet. hoc etiam per ſe notum eſt ex quieſcente ſphæra. His oſtenſis ueniendum eſt ad particulares expoſitiones capitis. In prima enim Figuratione Ptolemæus numerat ab æquatore ad centrum 115 partes, à centro ad parallelum per Rhodum 93. partes qualium ab æquatore ad centrum ſunt, 115. & à parallelo per Thylem ad centrum 52. quæritur ratio huius diuiſionis ſemidiametrū æquatoris cur ſuppoſuit 115. autor, nō ſatis apud me notum eſt ſed ab ea ſuppoſitione omnia plana ſunt. Quoniam per ea quæ de proportione parallelorum concluſimus, qualium una pars æquatoris eſt 60, talium qui per Rhodum tranſit eſt, eſt 43. m. & 32. ſecunda ſiue 34. ſecunda ferè. igitur qualium æquator eſt

tor eſt 10,talium qui per Rhodum tranſit eſt 9. per 35. & 2. ſeptimi Euclidis.& quia circulus ad circulum eſt vt diameter ad diametrum, igitur & ſicut 10, ad, 9. ſic 115.ad alium numerum.ſi igitur 10.dant 115.quid,9.ducas igitur 9,in 115. ue niunt 935. qui numerus per 10,diuiſus naſcitur quotiens 93.& eſt ſemidiameter paralleli per Rhodum.igitur qualium ſemidiameter æquatoris eſt 115,talium dia meter per Rhodum eſt 93.tantum etiam poſuit autor. & quia qualium una pars æquatoris eſt 60.m,talium una pars paralleli per Thylem eſt 27, m.& 15. Secunda ſiue 27.m.tantummodo.igitur eam rationem quam habent 60.ad 115. habent & 27.m.ad alium numerum,qui quidem,operando per regulam,eſt 52.ferè.igitur recte autor explicauit ſemidiametros parallelorum ſupradictis numeris. & hoc erat oſtendendum.& quia ab æquatore,ad eum per Meroem, ſunt 16. partes & aliqua minuta,igitur additis his partibus,115,naſcitur numerus 131.& aliqua minuta quantitas lineæ V,G,in prima figuratione plana.

,, *Præterea qualium diſtantia P,V,ſecundum latitudinem terræ cognitæ.*

Tota latitudo terræ eſt 79,partes,ut ſupra diximus, qualium igitur tota lati tudo eſt 79.partes ſiue 80,talium,in eo per Rhodum eſt lōgitudo 144,quod ſic oſtenditur.Quoniam qualium una pars æquatoris eſt, 5, talium una pars paralleli Rhodiēſis eſt 4. ferè, igitur eam proportionem quem habent,5,ad 4.habent 180 gradus paralleli Rhodiēſis ad alium numerum,qui quidem per regulam eſt 144. quoniam ſi duxeris 4.in 180,ueniunt 720,partes,quæ diuiſæ per 5,dant 144. igitur qualium tota latitudo eſt 80.ferè partes,talium in eo per Rhodum tota longi tudo eſt 144.& qualium tota latitudo eſt 40000,ſtadia, talium tota longitudo in eo per rhodum,eſt 72000.quemadmodum enim ſe habent 80. partes ad 144. ita 40000.ad 27000.quoniam magnitudines inter ſe,eandem habent rationem quā earum multiplicia inter ſe,per 15.quinti Euclidis.reliqua quæ ad primam planam deſcriptionem attinent,per ſe ſunt manifeſta.

In altera huius capitis parte Ptolemæus docet modum deſcribendi terram in plano ita,quod dēſcriptio aliquam habeat ſimilitudinem cum ſphæra,ponit enim viſum in puncto inciſionis illius paralleli,& meridiani, qui totam latitudinem & longitudinem cognitam bifariam diuidunt,Viſus enim per hunc pnnctum,& per centrum ſphæræ ſupponit ut tranſeat. deinde ſupponitur ab eo horizon qui habet polum in oculo,ita quod meridianus huius horizontis, eſt ille qui totam diuidit cognitam longitudinē bifariam; in plano enim huius horizontis deſcribit terrā cognitā hac rōne. ꝑ centrū huius duos ducit diametros ſeſe ad angulos rectos ſe cantes,unus eorum meridianum denotat,& alius parallelus per Syenem,rectè enim,per rationes ſuperius dictas,hi diametri intelliguntur rectæ lineæ,quoniam ij circuli in eo plano ſunt in quo oculus.deinde ſumit punctum auſtraliorem ocu lo,ſiue centro horizontis,23.partium & minutorum 50.hic punctus erit per quē tranſire debet æquator.igitur tria ſunt in plano data puncta, & non indirectum, ſed triangulum conſtituunt,vt ſunt,B,F,D,(tertiæ huius capitis figuræ)per quin tum problema Euclidis deſcribatur circa ea circulum,centrum huius circuli eſt, G, igitur erit centrum omnium parallelorum inſcribendorum. Labor igitur in hac deſcriptione,eſt in inuenienda linea,F, G,Ptolemæus uiam tradit laborioſam,quoniam & per angulos,& tabulas arcus & cordæ,diu in hac inuētione labo rat,inuenit enim ipſe prius lineā B,F,per radices quadratas ut 47.primi Euclidis docet.& poſtmodū per triangulorum ſimilitudinem ſm doctrinam 4. ſexti Eucli dis.inuenit F,G,Nos quoque breuiorem trademus uiam. Quoniam B, D, & F, G,in circulo ſe ſecant,igitur per 35.tertii Euclidis, rectangulum comprehensū ſub ſegmentis unius, æquale eſt rectangulo ſub ſegmentis alterius. & quia linea B,D,diuiſa eſt bifariam in puncto,E,igitur quadratum lineæ B,E,ęquale erit re

ctangulo lineæ F,E, & reliquum diametri, igitur si diuiseris quadratum, B, E, per 23. gr. & 50. min. ueniet quantitas residui diametri, cui si 23. grad. & mi. 50. addideris, totum ueniet diametrum, cuius si dimidium sumpseris, habebis lineam, F, G, quæsitam. quadratum igitur, B, E, est 8100. hæ partes diuisæ per 23. grad. & 50. minut. ueniunt 339. & minut. 58. his additis 23. partibus & minut. 50, ueniunt 363. & minut. 40. quarum dimidium est 181. minut. 50. quod est quæsitum. Sed siquis exercitationis gratia uoluerit inuenire ualorem anguli, B, F, E, per Tabulam fœcundam faciliter eum enumerabit. Quoniam si posuerit, B, E, 100000. & dicat si 90. essent 100000. quid 23. par. & min. 50. uenient enim 26481. quæ partes quæsitę, arcaliter in tabula fœcunda, capiendo proportionalem partem, uenient in latere sinistro 14. partes & min. 50. quæ quidem partes duplatæ dant ualorem anguli E, B, F, 29. partium & minut. 40. talium qualium duo recti continent 360. hi gradus si subtracti fuerit à 180. relinquitur angulus, B, F, E, 150. partium & minutorum 20. quod fuit quæsitum. reliqua huius capitis, & quo ad meridianos, & cætera, per se sunt manifesta. hoc restat admonendum, quod cum particularia loca in hac secunda figuratione, describenda se offerunt, oportet per distantiam unius partis, meridianos & parallelos deletiles describere, deinde inter eos figurare terram, sub longitudine, & latitudine. Proportiones parallelorum per se patent, & per ea quæ supra de parallelis diximus. hæc enim sunt quæ dicenda mihi occurrunt in hoc capite. Siquis enim recte intellexerit ea quæ diximus, facilis ad reliqua erit ingressus.

Vniuersalis terræ descriptio in plano quomodo conficienda.

MOdi omnes Ptolemæi descriptionis planæ, inutiles sunt nostræ ætati, quoniã tota cognoscitur terra, ob id igitur alios oportet docere modos. In describenda enim terra, ea descriptio quæ est in hoc uolumine optima mihi uidetur, quoniam duobus circulis continetur, habentibus intra eos totam cognitam terram, in quarum altero continetur Europa, Aphrica, & Asia, in reliquo America. Horum descriptio facilis est. describas circulum in plano, cuiuscunque magnitudinis uolueris, deinde ducas per centrum duos diametros sese ad angulos rectos dirimentes: postea diuidas semidiametrorum unum, in 90. partes æquales; primum in 3. & unamquanque harum in tres, & unamquanque iterum in 10. pari modo hac ratione diuidas reliquum semidiametrum, diuiso respondentẽ. in extremis huius diametri, signa uentos, siue partes mundi, Septentrionem scilicet & meridiem. diuidatur etiam alter diameter, in 36. partes æquales, & in extremis huius signa uentos, orientem scilicet & occidentem. ille denotabit meridianum, hic æquatorem. Ducas postmodum per sectiones primi diametri parallelos, reliquo diametro, & hæ lineæ erunt loco parallelorum. Pro meridianis, per sectiones diametri transientis, per ortum & Occasum, siue æquinoctialis uicem gerentis, ducito circulos per tria data signa, per polos scilicet, siue per extrema diametri meridiani uicem gerentis, & per sectiones diametri, & post operationem habebis dispositionẽ meridianorum & parallelorum in plano. pro medietate terræ describenda, dispone etiam hoc modo aliam medietatem, pro ut in tabula descriptionis uniuersalis huius libri apparet. in his descriptionibus, pro terra locanda, describito per singulos gradus distantes parallelos, & meridianos deletiles, postmodum

dum secundum longitudinem, & latitudinem, disponas terram, & eius habebis descriptionem. At si placet in una tantûmodo parte describere terram, hac tamen ratione, ut totam figura recipiat, quemadmodum est ea quæ in Ptolemæis Basileæ impressis reperitur; sic facito. describe circulum ut supra, cum meridianis & parallelis, deinde ducas in directum diametrum æquinoctialem denotantem, tam à parte orientis, quam à parte occidentis, ad libitum. post hęc cum ea circini apertura cum qua descripsisti circulum completum, describas reliquos meridianos hac arte. ponas pedem circini immobilem ad meridianum proximum, meridiano medio & circina semicirculum, deinde perge ad alterum meridianum, & circina semicirculum, & sic facias usque fueris ad circunferentiā primi circuli cum pede circini immobilis, tam à parte orientis, quam à parte occidentis, & descripta figura, erit ea quæ totam continebit terram. præter hos modos alii quā plurimi apud me extant; sed laboriosiores istis.

Tabulæ Geographicæ quomodo erigendæ sint.

DVcas in materia aliqua siue sit papirus, siue tabula, siue tela, duas lineas parallelas, & tantum interse distent, quanta est futuræ tabulæ latitudo, siue eiusdem latitudinis sint, qualis futura tabula ut sit, uis. una harum parallelum australissimum, alia Borealissimum tabulę ostendit. deinde ducas per medium harum linearum perpendicularem lineam. Postea uideas extremos huius tabulę parallelos, quot inter se gradus distent, & in tot partes perpendiculares diuidatur. sumatur postea una harum partium, & diuidatur in 60. æquales partes, & ad partem seruetur. Considera postmodum extremos huius tabulę meridianos, & quot gradus distent inter se. Deinde ingredere cum latitudine paralleli australissimum tabulæ, tabulam secundam rationes parallelorum ad æquatorem ostendentem & subito minuta æquiualentem uni paralleli gradui, & quot sunt, tot à linea diuisa in 60. partes cum circino accipias. Postea dimidia gradus inter meridianos extremos tabulæ, & quot sunt unitates in medietate numeri dicti, tot cum apertura circini æquiualente uni gradui paralleli, tam uersus orientem quam ocridentem à perpendiculari numera, & ubi terminabitur numerus ibi fac notam. Sumas etiam latitudinem paralleli Borealissimi tabulæ, cum qua intra tabulam parallelorū supradictam, & capias minuta ut supra, hæc semper sunt pauciora primis, his æqualia sumantur in linea diuisa, & cum hac circini apertura, tot numera partes in parallelo boreali, quot numerasti in parallelo australi, tam à parte orientis, quam à parte occidentis, & ubi numerus terminabitur, fac notas. ducendæ sunt nunc lineę, a punctis signaturarum paralleli australissimi, ad puncta signaturarum borealissimi, & hæ lineæ erunt loco meridianorum, orientalissimi, & occidentalissimi tabulæ. Postea ducas lineas, à punctis reliquarum signaturarum parallelorum, & erunt meridiani intermedii. Per puncta denique diuisionum lineæ perpendicularis, ducantur parallelæ, parallelis extremis, & erunt loco mediorum parallelorum tabulæ. Hæ lineæ omnes, cum meridianis craticulatam reddunt figuram, quæ quidem semper arctior erit à parte Septentrionis, quam à parte meridiei. aduertendum tamen est, quod meridiani intermedii, ac etiam paralleli, signandi sunt deletiles. postea signa numeros, tam longitudinis, quam latitudinis, in extremis parallelis & meridianis, & in medio tabulę describe loca terræ, siue illius prouincię, cum finitimis illius regionis partibus. Exemplum huius rei ostendunt Tabulæ huius operis omnes antiquæ.

Carta Marina quomodo erigenda, & ab alia extrahenda sit.

QVamuis modus conficiendi cartas Hydrographicas, non sit omnino rationabilis, tamen quia inseruit nauigationi, uolumus eum ostendere. Pro descriptione littoralis terræ, conficiatur parallelogramum, altera parte, longior, & rectangulum, ita tamen ut longitudo sit latitudine dupla. Diuide postea latitudinem bifariam, ac etiam longitudinem, & extremæ lineæ latitudinis diuidantur in 180. partes æquales, taliquia ut 90. sint à sectione media ad finem usque, & aliæ 90. a medio ad finem alium, & in medio sectionis incipiant partes ab uno, & in 90. desinant. deinde diuidas longitudinem in 360. partes æquales, initium partes sumant à medio longitudinis, & in 180. in finem desinant, incipientes tamen in medio ab uno, & in orientis parte in 180. desinentes. pari modo à medio sectionis pro reliqua medietate incipiant 360. & ad finē uersus occidentē desinát in 180. & sic erit tota tabula sub longitudine & latitudine disposita. Postea per puncta sectionis tam lōgitudinis quā latitudinis, ducas lineas parallelas, deletiles, & ductæ erunt meridiani & paralleli omnes. Verum post linearum ductiones, erit figura graticulata, per cuius quadrata, imponas loca sub longitudine & latitudine, cum scopulis, & finibus, ac reliquis necessariis marinæ cartę. Post descriptionem istam signandi sunt uenti hac arte. punctum inter sectionis linearum, quę bifariam figuram secant, fac centrum, & circina circulum tantæ magnitudinis, quanta est cartæ amplitudo. hic diuisus erit à diametris cartæ in quatuor partes æquales, quæ quidem partes denotant uentos principales. deinde diuidas unamquanque quartam bifariā & habebis circulum in octo diuisum partes æquales. deinde unamquamque octauam iterum bifariam diuidas, & sic erit circulus diuisus in 16. partes æquales. Deinde punctum uniuscuiusque diuisionis fac centrum, & circina paruum circulum, quem diuidas pari modo in 16. partes æquales, hac ratione, fac ut lineę orientis, & occidentis horum circulorum, sint parallelæ lineæ orientis, & occidentis cartæ, & lineæ Septentrionis & meridiei horum circulorum, sint parimodo parallelę lineæ Septentrionis, & meridiei cartæ. & sic unusquisque horum circulorum diuisus erit in quatuor æquales partes. at nunc quemadmodum diuisus est circulus maior in 16. partes æquales, ita diuidendus est unusquisque horum paruorum. Per puncta sectionum ducendæ sunt lineæ usque quo in extremum cartæ desinát. In centro pari modo maioris circuli describendus est circulus paruus, qui quidē diuisus statim à diuisione maioris circuli in 16. partes se offert, & per puncta sectionum ducendæ sunt lineæ ad finem cartæ, & post hæc erit fabricata marina carta. Venti à nautis coloribus signātur, & quibus coloribus signandi sint inferius dicetur. Solent etiam nautę in carta ponere scalam miliarum, quæ sic conficitur. ducunt lineam in aliquo cartæ latere, habent postea distantiam notam inter unum & alium locum, eam distantiam sumunt cum circino, & in linea ducta æqualem huic distantiæ secant. postea hanc intercapedinem secant, in tot partes, quot miliaria sunt inter loca. capiunt deinde ex hiis miliaribus quinque uel decem & cum eorum circini apertura totam diuidunt lineam, ita quod contineat 50. 100. uel 200. miliaria. Cum postea uolunt scire intercapedinem duorum locorum, cum circino sumunt distantiam inter eos, eamque super scala miliarum imponunt, & quot miliaria inter pedes circini intercipiuntur, tot sunt inter loca, at si scala non est tantæ magnitudinis quanta est distantia locorum, sumunt prius miliaria scalæ, & cum hac circini apertura

apertura mensurant distantiam locorum. exemplum huius cartæ est in hoc uolumine, post nouum vniuersale.

Pro extrahenda siue transcribenda carta, hoc aduertēdum est. Quoniam carta futura, aut æqualis, aut maior, aut minor erit constructa. si uis ut sit ęqualis uia facilis erit, quoniam si cartam futuram imposueris supra confectam, & cum stylo ligneo signaueris in futuram lineamenta confectæ, habebis in futura carta ichnographiam constructæ, quæ iuditio est postmodum ad finem usque reducenda, & quo ad nomina & reliqua, quæ in constructa sunt. At si futura debet esse maior aut minor constructa, oportet craticulam tantæ magnitudinis conficere, quantæ est carta constructa, ac etiam aliam oportet conficere craticulam tantæ magnitudinis, quanta futura carta est: siue futura carta lineis occultis reddere craticulam ad uertendum ut lineæ graticulæ cartæ constructæ, æquales sint numero, cum lineis Craticulæ futuræ cartæ, ita tamen ut craticula futuræ cartę, sit similis craticulę cartæ constructę, quæ quidem quomodo conficienda sit 18. sexti Euclidis te docet. Quoniam, si unum e lateribus futuræ cartæ (semper enim craticula conficitur uel quadrata, uel altera parte longior, quamuis carta aliam tamen habeat figuram) diuidatur in tot partes, inquot diuisum est latus Craticulæ constructæ cartæ, deinde reliquum latus diuidatur secundum proportionem alterius lateris craticulæ cartę constructæ, ad reliquum. Postquam confecta fuerit craticula supraponatur ea quæ constructa est, pro marina carta, supra eam, & ea quæ facta & pro futura carta, super cartam futuram, deinde loca cartæ constructæ intercepta à quadratis Craticulæ, imponantur eo ordine in futuram cartam quo disposita sunt, secundum similium numerū quadratorum, & sic transcripta erit carta. hac uia utuntur ii qui uenales cartas marinas conficiunt, ac etiam aliqui Geographi nostri temporis in transcribendis cartis, typisque dandis. Si hæc omnia quæ diximus rectè intellecta sunt, ad multa, & picturæ, & architecturæ necessaria, hominem ducunt. Non nego alias extare uias, pro cartis marinis conficiendis, quæ quidem & mihi ac aliis notæ sunt: prætermittuntur tamen breuitatis gratia.

Si quis historias legerit, quomodo describere poterit loca in eis contenta.

HOc problema spero gratissimum fore studiosis historiarum, quoniam non solum eos ducit ad completam historiæ intelligentiam, sed ad geographiæ cognitionem. uia ad hoc faciendum facilis est. Quoniam, loca in historiis numerata, aut sunt secundum longitudinem & latitudinem disposita, aut secundum latitudinem & distantiam itinerariam, aut secundum distantiam itinerariam tantum. si fuerint disposita secundum primum modum, facilis erit uia, per ea quæ diximus supra de conficiendis tabulis. Si ut secundus modus disponit, para tibi cartam, eam quæ diuidas lineis rectis ad modum craticulæ, deinde in unum è lateribus imponas numeros latitudinis, postea cape unum è gradibus latitudinis cartæ, eumque diuidas in 60. partes æquales, hāc lineā duplabis triplabis aut quadruplabis ad maiorem futuræ descriptionis commodum. hæ partes aquiualent 60. miliariis italicis, quoniam uni gradui maioris circuli secundum recentiorum obseruationem, æquiualet 60. italica miliaria deinde cum habueris duo loca quorum nota fuerit latitudo, & distantia iteneraria, imponas unum horum in carta sub sua latitudine, deinde numerum miliarium uertas ingradus, a quibus miliaribus semper detrahenda est quarta, uel tertia, uel quinta pars, pro obliquitate uiarum. deinde sumas cum circino miliaria re-

liqua

liqua post subtractionem, à linea diuisa, quę scala miliariorũ vocatur, imponas postea vnum circini pedem in vno locorum, & circina circulum occultum. & vbi hic circulus secauerit parallelum latitudinis alterius loci, ibi signandus est locus sed quia circulus in duobus locis secauerit parallelum latitudinis, ab historia sumenda est pars mundi ad quam locus declinat ab alio, & ab ea parte sumere sectionem, quæ quidem erit sectio loci. & cum hac uia poteris omnia loca noui orbis describere. Sed si loca fuerint citata secundum distantiam tãtum, facilior erit via describendi loca. Quoniam postquam parata fuerit craticula, cum scala miliarium, quæ respondeat Craticulæ, vt si vnum quadratorũ craticulæ valuerit 10, vel 20, miliaria, tot valeat scala, cuius longitudo sit æqualis lateri quadrati craticulæ. cum hæc recte disposita fuerint, sumas duo loca, & vnum eorum in craticula imponas, deinde cape distantiam inter eos a scala miliariorum, & vnũ pedem circini immobilem imponas in loco prius signato, & alterumq; extende versus eã partem craticulæ, ad quam declinat secundus locus à primo, & vbi pes circini signauerit, erit locus. & sic conficiendum est de omnibus locis, secundo utendo pro primo, ac etiam tertio pro primo, & sic ad finem vsque tam terrestrium, quam maritimorum locorum. & descripta post operationem erunt loca. Craticula autem vtimur in hoc loco, pro gradibus latitudinis inueniendis, quoniam si vnumquodque quadratorum craticulæ ualuerit 15. miliaria, longitudo quatuor linearum, quatuor laterum quadratorum, æquiualebit vni gradui latitudinis, & sic postquã nota erit latitudo vnius loci, & omnium locorum nota etiam redditur latitudo. Vbi loca non fuerint neque per distantiam neque per ventos disposita, coniectura vti oportet, quæ quidem vt plurimum periculosa est. hic si ea quæ dicta sunt recte percepta fuerunt, non opus est exemplis.

Si aliquis peregrinauerit, quomodo loca profectionis describere poterit.

IN descriptione locorum aliqua semper cognita & data sunt: aut enim datur longitudo, & latitudo: aut latitudo, angulus positionis, & distantia itineraria aut angulus positionis, & distantia itineraria; aut angulus positionis tantum aut distantia tantum. hinc oriuntur quinque modi describendi regiones & vnus additur sine angulo positionis, solo uisu. Si quis igitur peregrinando obseruauerit latitudinem longitudinemque locorum, per præcedentia facilis erit descriptio eorum. sed si obseruata est latitudo, distantia itineraria cum angulo positionis, hoc modo procedito. Para Craticulam quemadmodum diximus, & ea arte describe loca, vt in præcedenti problemate. Sed siquis angulum positionis, & distantiam itinerariam tantum obseruauit, sic procedendum est.

Data itineraria distantia, anguliquc positionum, quomodo describenda sint loca.

PAra Scalam miliariorum (postquam obseruati fuerint anguli positionum) cuiuscunque magnitudinis volueris, ea contineat, 100, 200. aut 300, miliaria, deinde habeas loca sub distantijs, & angulis positionum, & fac circulum, eũque diuidas in 360, partes æquales, deinde signa in eo quatuor mundi partes, & fac, vt centrum circuli gerat uicem illius loci, in quo obseruasti angulos positionum. deinde ducas lineam à centro per gradus anguli positionis, & eam in cõtinuum producas, & illa erit linea transiens per locum acceptum, quę quidem cum linea

linea meridiana loci, in centro locati, facit angulum positionis: cape postea in scala miliariorum distātiam duorū dictorum locorum, & à centro circuli æqualis in linea transiente per locum datum signetur, & vbi pes circini mobilis signauerit lineam ibi erit locus: sic facito de omnibus obseruatis locis, in relatione loci in centro circuli positi. & post operationem habebis loca disposita secundum situm terræ. Quid angulus positionis, quomodoq; deprehendatur, supra diximus.

Datis angulis positionum, quo modo describenda sint loca.

AT si anguli positionum tātummodo obseruati fuerint, facilis erit etiam via. hic duo tria vel quatuor uel plura loca, cū quibus obseruatis fuerint anguli, necessaria sunt.

Obserua igitur angulos positionum, hoc modo. cum fueris in aliquo loco, instrumentum ad lineam meridianam fige, deinde omnium locorum visibilium capias angulos positionum, deinde perge ad alium locum, & iterum omnium obseruatorum locorum capias angulos positionum. cum postea fueris domi, fac circulum, eumque diuidas in 360, & per ventos, deinde tot angulos positionis in centro signa, quot obseruasti, & producas per gradus angulorum, lineas occultas ad libitum. postea super lineam anguli secundi loci obseruationis, fac etiam circulū eumque parimodo diuidas in 360. partes & per ventos (aduertendum est quod linea meridiana secundi loci, semper cadit parallela lineæ meridianæ primi) & in circunferentia capias tot arcus quot sunt anguli obseruationis, & ducas lineas occultas, vbi lineæ vnius loci primæ & secūdæ obseruationis se secauerint, ibi erit locus, & sic intelligendū est de cæteris. hac via poteris omnia loca describere. at cum distantia duorum locorum obseruatorum nota fuerit, & notæ erunt distantiæ omnium aliorum locorum abinuicem. hæc via obseruatur ut plurimū ab agrimensoribus nostri temporis, in designandis locis.

Quo modo loca describenda sunt, ex data soli locorum distantia.

QVemadmodum in commentarijs secundi capitis huius libri diximus, oportet siquis describere voluerit loca per hanc viam, scire quantum primus distat à secundo, secundus à tertio, tertius à primo, deinde per 22 propositionem primi Euclidis, fabricare ex datis distantijs horum locorum triā gulum, cuius anguli denotant loca data. operatio autem facilis est. Para scalam miliariorum cuiuscūq; magnitudinis volueris, deinde cape ab ea distantiam duorum datorum locorum, eamque ab aliqua recta linea signata in carta, reseca, postea cape distantiam primi loci à tertio, fac centrum primum, & describe circulum, pari modo cape distantiam secundi loci a tertio, & centro secundo describe alium occultum circulum, circuli enim aut se secabunt, aut se tangent, si se tangent in puncto contactus erit locus. si se secant, in duobus locis se secabunt. id eo cum sciueris versus quam partē tertium à primo declinat, statim noueris intersectionem loci, hæc uia ualde coniecturalis est, ut supra diximus.

Quomodo ſine meridiana linea, & compaſſo nautico, deſcribenda ſint loca.

HAbeas circulum diuiſum in 360. partes cum ſua diopta, pro ut in Aſtrolabiis, deinde loca inſtrumentum, & capias angulos poſitionis omnium apparentium locorum, poſtea perge aliquãtulum per unam linearum obſeruatarum, & ſuper eam loca iterum centrum inſtrumenti, ita tamen, ut initium gradus, ſit in linea dicta, ſtante Inſtrumento ſic, capias iterum angulos poſitionum locorum prius obſeruatorũ. Poſt hæc fac ſimilem modum in carta, & ubi lineæ ſeſe ſecuerint, ibi erunt loca, aduertendum tamen eſt, ne error committatur in lineis capiendis. Ex hac uia ſequitur, quod ſi data fuerint plura loca, quorum diſtantia ſit ignota, ſtatim nota uenient. Quoniam ſi menſuretur diſtantia inter primam & ſecundam ſtationem, & quot ſunt paſſus, pedes, uel cubiti, in tot partes diuiſerimus diſtantiam inter primam & ſecundam ſtationem in carta, habebimus ſcalã, qua dimetiendæ ſunt omnes locorum deſcriptorum diſtantiæ. Ab omnibus his rebus dictis, ſequitur, quod cum hac arte deſcriptæ fuerint regiones, poſſumus eas ſub debitis longitudinibus latitudinibusque locare, cum notæ fuerint longitudines, & latitudines duorum tantum locorum in carta deſcriptorum dũmodo loca fuerunt in cartæ extremis partibus, vnus eorum occidentalis & auſtralis, alter orientalis & borealis, uel è con uerſo. Qm̃ ductis duobus lineis parallelis per loca data, deinde capta eorum longitudinis differentia, per ea quæ diximus, dum docuimus modum conficiẽdi tabulas particulares locorum, quoniam cum tabula Craticulata fuerit, per lineas occultas, ſtatim omnia loca, ſe ſub debita eorum longitudine, & latitudine offerunt. At pro concluſione huius operationis reſtant aliqua dicenda. Si ea quæ hucuſq; dicta ſunt rectè intellecta fuerunt, apparebit uia manifeſtiſsima, quomodo ſit de nouo tota geographia condenda, & clarius apparebit per ea quæ dicenda ſunt inferius.

Data duorum locorum longitudine & latitudine, quomodo eius intercapedo itineraria inuenienda ſit.

DIſtantiam locorum triplici uia inuenire docebimus, per numeralem ſupputationem ſecundum Ptolemæum, per numeralem ſupputationem artificio ſinuum rectorum, & per quoddam inſtrumentum in Ptolemæis latinis poſitum. omnibus certior modus & laborioſior eſt per ſinum rectum.

Data loca aut habebunt eandem latitudinem, aut eandem longitudinem, aut ſub alijs longitudinibus & latitudinibus erunt. ſi data loca ſub eodem fuerint parallelo, cum latitudine paralleli intra tabulam ſecundam rationis parallelorum ad æquatorem, ſumaſque minuta æquiualentia, uni paralleli gradui, & ſerua ad partem. deinde ſumas differentiam longitudinis duorum locorum datorum, & ſubtrahe longitudinem unius à longitudine alterius, & quod remanet multiplica per minuta ſupra ſeruata, & diuidas per 60. & habebis gradus differentiæ longitudinis paralleli, reductos ad gradus æquatoris. hos gradus ſi per 60. duxeris, naſcẽtur miliaria diſtantia itinerariæ duorum locorum. Vt ſi liceat explorare diſtantiam itinerariam inter Venetias, cuius longitudo eſt 33. grad. & minut.

minut. 30. latitudo uero 45. grad. ferè.& Lugdunum Galliæ, cuius longitudo eſt grad. 23. min. 25. latitudo uero 45. gr. ferè ſubtraho 23. grad. & 15. minu. à 33. grad. & min. 30. remanent 10. grad. & min. 15. deinde cum 45. grad. latitudinis harum ciuitatum, ingredior tabulam dictam, & è directo 45. graduum inuenio 42. minut. & 24. 2. hæc minuta duco in 10. grad. & 15. minu. & ueniunt 7. & minu. 14. pro gradibus ęquatoris inter Lugdunum & Venetias. hos multiplico per 60. & ueniunt 434. miliaria, hæc enim ſunt miliaria diſtantiæ inter Lugdunum, & Venetiam, ſed eſt directa diſtantia eorum. & hac de cauſa nos diximus ſupra, quod diſtantia data, oportebat minuere tertiam uel quartam diſtantiæ partem. at nunc ſi huic diſtantiæ addideris quartam partem pro obliquitate uiarum, quæ quarta eſt, 108. miliariorum ferè, inſurget uera horum locorum diſtantia, quæ eſt miliariorum 542. & hæc eſt quæ quærebatur.

Dum loca extiterint ſub uno meridiano.

AT ſi data loca fuerint ſub eodem meridiano, facilior tamen erit operatio. quoniam ſi ſubtracta fuerit latitudo unius, à latitudine alterius, remanet differentia latitudinis, quæ ſi erit ex minutis, quot ſunt minuta, tot ſunt miliaria inter loca data. ſi ex gradibus, ducas gradus per 60. & ueniunt minuta, quæ indicabunt miliaria diſtantiæ. his ſi addideris quartam, uel tertiā partem, habebis ueram duorum locorum elongationem. Vt de Venetiis & Bononia apparet, quæ per Ptolemæi tabulas ſub eodem ſunt meridiano, differunt tamen ſecundum latitudinem: quoniam latitudo Venetiæ eſt 45. gra. & Bononię gra. 43. m. 30. demo igitur latitudinem Bononiæ, ex latitudine Venetiæ, remanent 1. gra. & min. 30. uel 90. minuta, pro miliarijs, rectæ harum ciuitatum diſtantiæ. his addo quartam partem, quæ ſunt 22. miliaria, cum dimidio inſurgunt 112. miliaria, pro uera harum ciuitatum diſtantia.

Dum loca extiterint ſub Parallelis & meridianis alijs.

AT ſi loca ſub aliis extiterint parallelis, & meridianis, operatio aliquantulum difficilior exiſtit præcedentibus operationibus. Quoniam diſtantia locorum, cum meridianis & parallelis, conſtituit triangulum orthogonium, anguli enim parallelorum cum meridianis recti ſunt, ideo itineraria diſtantia eſt ferè diagonius parallelogrami facti, ex meridianorum, & parallelorum ſegmentis. Si igitur ſuppoſueris circunferentias huius parallelogrami, eſſe rectas lineas, habebis in eo latera cognita, & per cōſeques ex 47. primi Euclidis, diagonius notus erit. Subtrahe igitur lōgitudinē unius, à longitudine alterius, & reſiduum erit differentia longitudinis. deinde addas latitudinē unius latitudini alterius, & habebis arcum meridiani ex duabus latitudinibus aggregatū, hunc dimidiabis, & cum latitudine medietatis, ſiue cum numero medietatis, (hæc enim vocatur medietas latitudinis, ſiue latitudo dimidiata). Cum hac igitur medietate ingredere tabulam rationis parallelorum, ad æquatorem ſecundā & capias minuta reſpondentia vni gradui paralleli latitudinis dimidiatæ; per hęc minuta multiplica differentiam longitudinis, & habebis arcum æquatoris, reſpōdentem arcui paralleli, ſiue gradus æquatoris, æquiualentes gradibus paralleli.

fol: 64

N 2 hos

hos gradus multiplica in se ipsos, & quadratum serua ad partem. deinde gradus differentiæ latitudinis, multiplica etiam in se ipsos, & quadratum addas quadrato supra seruato, & quod post aggregationem venerit, erit quadratum lineæ distantiæ itinerariæ. huius si radicem extraxeris quadratam, habebis gradus æquiualentes itinerariæ distantiæ, hos gradus si per 60. duxeris, venient miliaria rectæ distantiæ, quibus si quartam addideris partem, veniet vera locorum distantia. Vt si libeat explorare distantiam inter Venetias & Romam longitudo Venetiarũ est grad. 33. & m. 30. & latitudo 45. grad. Romæ longitudo est gr. 36. & m. 40. latitudo vero est 41. gradus. & minutorum 40. subtraho minorem latitudinem a maiori, remanent 3. grad. & m. 20. quorum quadratum per sequentem tabulam radicũ quadratarum est 10. gra. & m. 2, post hæc addo latitudines simul, veniuntque 86. grad. & m. 40, quorum dimidium est 43. grad. & m. 20, cum his gradibus intro tabulam secundam rationis parallelorum, & inuenio cum 43. gradibus, 43. m. 32. 2, & 3, 51. & quia præter gradus adsunt minuta, ideo capienda est pars proportionalis, quæ sic inuenitur. capias etiam minuta cum 44. gr. latitudinis, & sunt 43. m. 20. 2. & 1. 3. horũ, pauciora subtraho à pluribus remanẽt 42. 2. & 50. 3. Dico nũc per regulam proportionũ, si 60. dant 42. 2. & 50, 3. quid 20. m? quæ sunt præter gradus dimidiatæ latitudinis, laboro secundum regulam, reducendo 2. ad 3, & hoc fit multiplicando 42. 2, per 60, & producto additis tertiis, veniunt 2570. tertia quæ ducta per 20, veniunt 51400. quarta. hæc postmodum diuisa per 60. veniũt 850. tertia, quæ iterum diuisa per 60. dant. 14. secunda, & 20. tertia, & quia numerus descendendo minuitur, ideo hæc secunda, & tertia, subtrahenda sunt, a m. 2, & 3, inuentis cum, 43, gradibus, & remanet post subtractionem 43. m. 38. 2. & 41. 3. Et quia differentia longitudinis est 3. gra. & m. 10. ideo duco hos gradus, per minuta supra inuenta, reducendo omnia ad vnam denominationem, scilicet 43. mi. 38. 2, & 41. 3, ad tertia multiplicando per 60, veniunt 157121. tertia. Iterum duco 3. gr. & 10, m. per 60, veniunt 190. m. duco igitur tertia supra dicta, per hæc minuta, veniunt 29853990. quarta, quæ diuisa per 60. veniunt tertia. hæc diuido per 60, & quæ veniunt sunt secunda, quæ diuido per 60, & quæ proueniunt sunt min. quæ sunt, 138. hæc diuisa per 60, dant 2. gr. & m. 18. pro gradibus æquatoris æquiualentibus gradibus paralleli. quadratũ horũ, est per tabulas sequentes; 4. grad. & m. 1. huic quadrato, si addideris quadratũ supra seruatũ, habebis 14. grad. & m. 3. quorum radix, est 3. grad. & m. 47. ferè hi sunt gradus distantiæ inter Romam & Venetias, hos ducas per 60. dant 227, miliaria, his addas quartam partem, quę est 56. miliariorũ, cum tribus miliarij quartis, ueniunt 283, miliaria, cum tribus quartis pro uera distantia inter Romam & Venetias. Pro quadratis, & radicibus, per sequentes tabulas inueniendis, sic facito. si tabulam intraueris, cum radicibus, siue cum gradibus simplicibus, antequam sint multiplicati, habebis e directo ipsorum, quadratum. sed si cum quadrato, in lineis quadratorum intraueris, habebis e directo versus sinistrum ipsius quadrati radicem. Si gradibus adhæserint minuta, sumas uelim partem proportionalem, hoc modo. si cum simplicibus gradibus erit ingressus in lineis radicum, vt dum vis quadratum trium graduum, & m. 20. sumas prius quadratum trium graduum quod est 9. postea quadratum 4. graduum, quod est 16. horum quadratorum demas à maiori minorem remanent, 7. quæ partes sunt, pro differentia vnius gradus, siue 60. m. nunc dicas si 60. dant 7. quid 20? opera per regulam & habebis duo m. quæ addita 9. gradibus, constituũt quadratum trium partium & m. 20. ex 9. partibus & minutis 2. At si ingressus erit cum quadrato, vt cum 14. grad. & m. 3. sumas radicem quadrati proximi minoris huic & est 3. deinde subtrahe quadratum trium, à quadrato tuo, scilicet à 14. remanent 5, & minuta 3. deinde subtrahe 9. à 16. quod quadratum est proximum maius tuo, remanent 7. nunc dicas, si 7. dant 60. quid 5. gra. & 3. m? opera per regulã

& venien

& venient 47.m.quæ addita tribus gradibus,conficiunt radicem trium partium, & minutorum 47.& eſt vera radix 14.gr.& m.3.

At ſi volueris has tabulas in infinitum extendere, ſic facito. Dupla radicem quadrati vltimi, & duplato adde, 1. hoc addas vltimo quadrato, & erit aggregatum, quadratum numeri ſequentis, vt volo inuenire quadratum 3. numerus radicis vltimi quadrati, quod eſt 4.eſt 2. duplo veniunt 4. addo 1, veniunt 5, his addo quadratũ vltimũ,ſcilicet 4.faciũt 9.quadratũ ſcilicet triũ. pro quadrato quatuor,addas duplato vt ſupra tres,& totũ addas quadrato triũ,& facit 16.pro quadrato 4.pro quadrato 5.dupla 4.& addas vnum,faciunt 9,addas 16.faciunt 25,pro quadrato de 5.vel ſic.addas duplato duorũ,vnũ,deinde quot ſũt numeri inter duo & radicem,cuius quadratum inueniendũ eſt,toties addas binarium numerum, & quod prouenerit,addas vltimo quadrato,& numerus maior erit quadratum radicis inueniendæ.vt ſi 4.addideris vnum,5.& quia volo radicum de 5.inter duos & 5,duo ſunt numeri inter medij,ideo addo 5.ad 4.faciunt 9.addo deinde 9.ad quadratum 4.quod eſt 16.facit 25.quadratum ſcilicet 5.quod quærebatur.

Tabula

Radices	Quadrata	Radices	Quadrata	Radices	Quadrata	Radices	Quadrata	Radices	Quadrata
2	4	36	1296	70	4900	104	10816	138	19044
3	9	37	1369	71	5041	105	11025	139	19321
4	16	38	1444	72	5181	106	11236	140	19600
5	25	39	1421	73	5329	107	11449	141	19881
6	36	40	1600	74	5476	108	11664	142	20164
7	49	41	1681	75	5625	109	11881	143	20449
8	64	42	1764	76	5776	110	12100	144	20736
9	81	43	1849	77	5929	111	12321	145	20125
10	100	44	1936	78	6084	112	12544	146	20316
11	121	45	2025	79	6241	113	12764	147	21609
12	144	46	2116	80	6400	114	12996	148	21904
13	169	47	2209	81	6561	115	13225	149	22201
14	196	48	2304	82	6714	116	13456	150	22500
15	225	49	2401	83	6869	117	13689	151	22801
16	256	50	2500	84	7056	118	13924	152	23104
17	289	51	2601	85	7225	119	14161	153	23409
18	324	52	2704	86	7396	120	14400	154	23716
19	361	53	2809	87	7569	121	14641	155	24025
20	400	54	2916	88	7744	122	14884	156	24336
21	441	55	2025	89	7921	123	15129	157	24649
22	484	56	3136	90	8100	124	15376	158	24964
23	529	57	3249	91	8281	125	15625	159	25281
24	576	58	3364	92	8464	126	15876	160	25600
25	625	59	3481	93	8679	127	16129	161	25921
26	676	60	3600	94	8836	128	16384	162	26244
27	729	61	3721	95	9025	139	16641	163	26569
28	784	62	3844	96	9216	130	16900	164	26896
29	841	63	3969	97	9409	131	17161	165	27225
30	900	64	4096	98	9604	132	17424	166	27556
31	961	65	4225	99	9801	133	17689	167	27889
32	1024	66	4356	100	10000	134	17956	168	28224
33	1089	67	4489	101	10201	135	18225	169	28561
34	1156	68	4624	102	10404	136	18496	170	28900
35	1225	69	4761	103	10604	137	18769	171	29241

Radices	Quadrata	Radices	Quadrata	Radices	Quadrata	Radices	Quadrata
172	29584	206	42436	240	57600	274	75076
173	29929	207	42849	241	58681	275	75625
174	30276	208	43264	242	58564	276	76176
175	30625	209	43681	243	59049	277	76729
176	30976	210	44100	244	59536	278	77284
177	31329	211	44521	245	60025	279	77841
178	31684	212	44944	246	60516	280	78400
179	32041	213	45369	247	61009	281	78991
180	32400	214	45796	248	61504	282	79524
181	32761	215	46225	249	62001	283	80089
182	33124	216	46656	250	62500	284	80656
183	33489	217	47089	251	63001	285	81225
184	33856	218	47524	252	63504	286	81796
185	34225	219	47961	253	64009	287	82369
186	34596	220	48400	254	64516	288	82944
187	34969	221	48841	255	65025	289	83521
188	35344	222	49284	256	65536	290	84000
189	35721	223	49729	257	66049	291	84681
190	36100	224	50176	258	66564	292	85264
191	36481	225	50625	259	67081	293	85849
192	36864	226	51076	260	67600	294	86436
193	37249	227	51529	261	68121	295	87025
194	37636	228	51984	262	68644	296	87616
195	38025	229	52441	263	69169	297	88609
196	38416	230	52900	264	69996	298	88204
197	38809	231	53361	265	70225	299	89401
198	39204	232	53824	266	70756	300	90000
199	39601	233	54289	267	71289	301	90901
200	40000	234	54576	268	71824		
201	40401	235	55225	269	72361		
202	40814	236	55696	270	72000		
203	41209	237	56196	271	73341		
204	41416	238	56644	272	73984		
205	42025	239	57121	273	74529		

Data duorum locorum latitudine,& itineraria distan- stantia,quo modo inuenienda sit longitu- dinis differentia.

PEr præcedentia vbi nota fuerit latitudo duorum locorum, & eorum itineraria intercapedo, nota redditur differentia longitudinis. Quoniam aut data loca sub vno erunt parallelo, & eandem habuerint latitudinem, aut sub parallelis alijs. Si sub vno fuerint parallelo, reducas miliaria distãtiæ ad gradus, subtracta prius quarta parte: & quia ij sunt gradus maximi circuli, ideo reducendi sunt ad gradus paralleli, & ij erunt gradus differentiæ longitudinis, quos si a gradibus lõgitudinis vnius loci dati, si nota fuerit, detraxeris, vel eis addideris habebis veram longitudinem locorum. Sit exempli gratia inuenienda differentia longitudinis inter Lugdu num, & Venetias. distantia viatoria inter has duas ciuitates est, 542, miliaria, à quibus detraho quartam partem, propter obliquitaté uiarum, quæ est, 135, ferè miliaria & remanent 407. miliaria; hæc diuisa, per 60. ueniunt 6. grad. & m. 47. & quia respondent vni gradui paralleli per tabulam rationis parallelorum, 42. m. dico igitur si 42. m, æquatoris, dant 60. paralleli, quid 6. grad. & 42. m? duco 60, in 6. grad. & m. 42. ueniunt, 402. m. quæ diuisa per 42. m. dant 9. gr. cum dimidio ferè, siue plusquam dimidio, pro differentia longitudinis inter Lugdunum, & Venetias, & quia scio longitudinem Venetiarũ, at etiam scio quod Lugdunum occidẽtalior est Venetiis, ideo subtracta differentia longitudinis, à lõgitudine Venetiarũ, quia maior est lõgitudine Lugduni, relinquẽtur post subtractionem 9. gr. & m. 30. à 33. gradibus & m. 30. 24. gr. pro longitudine Lugduni quæ sita. ponitur hæc à Ptolemæo 23. gr. & m. 15. huius differẽtiæ causa est itineraria distantia non præcise accepta.

Dum latitudo locorum uaria fuerit, quomodo inue- nienda est longitudinis differentia.

CVm enim loca data fuerint sub diuersis parallelis, nil aliud agendum est nisi subtrahere latitudinem maiorem à minori, si ab eadem mundi parte fuerint, uel simul aggregare, si in diuersis, & quadratum residui, vel aggregati, subtrahere à quadrato graduum respõdentium itinerariæ miliariis distantiæ. & residui extrahere radicem, cuius gradus reducendi sunt ad gradus paralleli dimidiatæ latitudinis, & post reductionem, habebis gradus differentiæ longitudinis; quos si à longitudine vnius loci, si cognita fuerit, detraxeris, vel ipsi addideris, nascetur post operationem lõgitudo incognita dati loci. Vt si ponatur distantia itineraria inter Romam, & Venetias 290. miliariorum, & latitudo Romę sit 41, gra. & m. 40, & Venetiarũ 45. demo minoré latitudinem à maiori, remanẽt 3. gr. & 20. m. quorum quadratum est 9. gra. & m. 2. detraho à distantia miliariorũ quartã partem, quæ est 72. miliariorum, & remanent 218, miliaria ferè quæ diuisa per 60. ueniũt 3. gr. & m. 38. quorum quadratum est 13. gr. & m. 26. ferè. demo ab hoc quadrato, quadratum supra seruatum scilicet 9 gra. & m. 20. relinquuntur 4. gr. & m. 6. radix horum graduum, est 2. gr. & 1, m. nunc addo latitudines simul, & ueniunt 86. gr. & 40. m. horum dimidium sunt 43. gr. & m. 20. respondent vni gradui huius paralleli, 43. m. & 39. 2. ferè. dico nunc si 43. m, & 39. 2. dant 60. quid 2. gr. & 1, m? opero per regulam ueniunt 2. gr. & 45. m. pro differentia longitudinis

inter

inter Romam & Venetias quæsita per tabulas Ptolemæi est hæc differentia 3. & m.10.causa huius diuersitatis est distantia itineratia. Si data loca fuerint, vnus sub latitudine Austria,& alius sua latitudine borea.addas simul, & ex aggregato sumas quadratum,& opera vt prius,pro minutis paralleli inueniendis,opera sic. de aggregato medietatem,& ab ea demas latitudinem minorem, & residuũ erit distantia paralleli dimidiatæ latitudinis ab æquatore . cum hac accipe minuta vt supra;& opera Secundum modum dictum,veniet post hæc quæsita latitudo. Omnium præcedentium rerum demonstrationes tantummodo posuimus, breuitatis gratia. à dictis sequitur quomodo inuenienda est longitudinis differentia inter Cururam & Paluram, cuius inuentiō à nobis supra ca.15.relicta fuit.

Differentia longitudinis inter Cururam & Paluram, quomodo ex Ptolemæi dictis ostendenda est.

SVpponit Ptolemæus in cap. 13. huius libri, distantiam itinerariam inter Cururam & Paluram esse 9450. stadiorum , ab his stadiis si tertia detrahatur pars, propter obliquitatem uiarum , remanent 6300. & quia nauigatio fuit ad Eurum, siue angulus positionis fuit 30. grad. & angulus ad angulum se habet ut arcus ad arcum per ultimam sexti Euclidis, igitur quemadmodum circunferentia anguli est 30. siue tertia pars quadrantis circuli, ita & angulus est tertia pars recti.quoniam quadranti angulus supponitur rectus . igitur triangulus factus ex circunferentia longitudinis differentiæ, siue paralleli intercepti, inter meridianum Cururæ, & Paluræ, itinerariæ distantiæ arcu, & meridianus Paluræ , est Orthogonius . & unus acutorum angulorum est medietas reliqui . igitur reliquus est 60 . graduum, & per consequens æqualis angulo trianguli æquilateri inscripti circulo, & quia, cum circa triangulum æquilaterum fuerit circumscriptus circulus, siue quadratum lateris trianguli æquilatori, est sesquitertius ad quadratum suæ perpendicularis, per 11. 14. Euclidis campani; igitur qualium quadratum distantiæ itinerariæ est 36.talium quadratum arcus paralleli inter Cururæ & Paluræ meridianum, est 27. & qualium radix quadrata 36. est 6. talium per precedentia 27. radix est 5. & min. 10. fere igitur longitudo lineæ distantiæ, ad lineam parallelli, est ut 6. ad 5. ferè igitur si à linea distantiæ, excluserimus eius sextam partem,remanet quantitas paralleli, inter meridianos dictos sexta igitur pars 6300. stadiorum est 1050. stadiorum quæ quidem stadia subtracta ex 6300. stadiis remanent 5250. stadia . & quia parallelus parum distat ab æquatore, & gradus igitur paralleli parum a gradibus circuli maioris distabunt, ob id unicuique gradui paralleli respondebunt 500. stadia, igitur diuisa 5250 stadia per 500. ueniunt 10. grad. cum dimidio, pro differentia longitudinis inter Cururam & Paluram,quę quidem fuit inuenienda.tanta enim inuenit autor. hic aduertendum est, quod autor supponit circunferentias circulorum, pro rectis lineis.

Data longitudine & latitudine duorum locorum, quomodo eorum distantia itineraria instrumenti artificio, deprehendenda est.

INstrumentum hoc apposuimus, pro illis qui laborem fugiunt numerorum. Cum igitur per hoc instrumentum inuenienda est distantia locorum, quorũ longitudo & latitudo sit nota; nil aliud agendum est nisi sumere ex Ptolemæo, longitudinẽ & latitudinẽ eorum, & si non inueneris loca data, sumas uelim loca propinquiora illis. deinde subtrahere minorem longitudinem ex maiori, & residuum dimidiare, & cum medietate, & latitudine unius loci, ingredere latus dextrum instrumenti, & ubi numeri concurrunt fac ibi occultam notam. Postea cum latitudine loci reliqui ac etiam medietate longitudinis differentię, intra latus sinistrum instrumenti, & ubi numeri concurrunt, ibi enim fac notam occultam. deinde ponas pedem unum circini in signaturarum una, & reliquum in aliqua, cum hac circini apertura sumas miliaria, quæ intercipiuntur inter unum & alium circini pedem, in scala miliariorũ, imponendo circinũ super eam. & quot erunt miliaria intercepta inter unum & alium circini pedem, tot erunt miliaria distantiæ inter loca quęsita. aduertendum tamen est, quod hęc miliaria sunt germanica, quorum unum æquiualet quatuor italicis, igitur si numerum inuentum, duxeris per quatuor, natus numerus indicabit miliaria italica distantiæ, inter loca data. aduertendum etiam, quòd quando apertura circini maior fuerit longitudine scalæ, ad inueniendam distantiam ueram, lineam occultam in aliqua materia extendere oportet, & in ea signa aperturam circini. deinde sumas totam scalæ longitudinem, eamque signa in linea ducta, deinde sumas quod reliquum est lineæ, & æqualem huic longitudini sumas à scala, & uideas quot miliaria intercipiuntur inter circini pedes, & addas miliarii s totius scalę, & numerus aggregati, erunt miliaria germanica inter loca data, quæ (ut diximus) si per quatuor duxeris, erit numerus miliariorũ italicorum. Aduertendum est etiam, quod si dimidium longitudinis differentię, maior fuerit quam numerus instrumenti longitudinis, in hoc casu, nil aliud agendum est, nisi sumere quartam differentiæ partem eamque serua. deinde subtrahe minorẽ latitudinem à maiori, & residui sumas quartam partem, hanc quartam addas minori latitudini, ac demas à maiori, & post operationem erunt latitudines rectificatę his latitudinib., & quarta differentiæ longitudinis parte, opera ut supra, & miliaria quę prouenerit dupla, & erunt miliaria germanica distantiæ, inter data loca, quæ si duxeris (ut diximus) erunt miliaria italica. Vt sit exempli gratia inuenienda distantia inter Venetias, & Byzantium. Longitudo Venetiarum est 33. grad. & 30. minut. & latitudo 45. Byzantii longitudo est 56. grad. & latitudo 43. & m. 6. subtraho igitur longitudinem Venetiarum à Byzantii longitudine, quia minor longitudine Venetiarum est, remanent 22. grad. & 30. mi. quorum dimidium est 11. grad. & 15. min. cum 11. igitur gradibus, & 15. min. erit ingressus in latere dextro, uel sinistro cum latitudine Venetiarum, & cum iisdem gradibus, & minutis, erit etiam ingressus in reliquo latere cum latitudine Byzantii. at post hæc cum intercapedine harum notarum, inueniuntur in scala miliariorũ 225. miliaria ferè, hæc sunt miliaria Germanica distantiæ, inter Byzantium & Venetias, quæ si per quatuor duxeris uenient miliaria italica 900. quæ ostendunt rectam lineam inter Byzantium, & Venetias, his miliaribus

bus ſi addideris quartam partem, propter inæqualitatem uentorum, & aquæ motum, cum hęc profectio fiat per nauigationem, uenient 1125. miliaria pro uera inter Venetias & Byzantium diſtantia. Sed quia in inſtrumento duo ſunt ſignata aſtra, unum à parte dextra, & alium a ſiniſtra, hoc animaduerte quod vnum horum denotat Hyeruſalem, aliud Baſileam, Hyeruſalem autem à parte ſiniſtra, (quæ dextra debebat eſſe, error cauſatus eſt inſcibendo, ab eis qui primum hoc appoſuerunt geographiæ inſtrumentum) & Baſileā à parte dextra. quoniam longitudo Baſileæ eſt grad. 28. minu. o. & latitudo 47 grad. & min. 10. Hieroſolymæ longitudo eſt 66. grad. & min. o. latitudo eſt 31. grad. & min. 40. differentia longitudinis harum urbium eſt 38. gra. medietas huius differentię 19. grad. opero ut ſupra, & inuenio diſtantia inter has ciuitates maiorem eſſe ſcala, ideo duco aliquam rectam lineam, & ab ea ſeco diſtantiam inter puncta, poſtea ſumo totius ſcalæ longitudinem, & reſeco à linea ſignata, deinde ſumo cum circino reſiduum lineæ, & cum extendo in ſcalam, & intercipiuntur inter circini pedes 110. miliaria, ferè hæc additā miliariis totius ſcalæ, uenit aggregatum ex 500. miliaribus, pro diſtantia inter Hieroſolymam & Baſileam, & quia miliaria ſunt germanica, ideo ducta per 4. ueniunt 2000. miliaria italica, his addo quartam partē pro itineris & nauigationis inæqualitate, & ueniunt 2500. miliaria pro uera diſtantia inter Baſileam & Hieroſolymam. Quomodo, conficiendum eſt hoc inſtrumentum alibi docetur.

GRADVS DIFFERENTIÆ LONGITVD.

SCALA GRADVVM LATITVDINIS.

MILIARIA GERMANICA COMVNIA.

SCALA GRADVVM LATITVDINIS.

PARS DEXTRA

PARS SINISTRA

GRADVS DIFFERENTIÆ LONGITVD.

Quo modo per Vniuersale nouum, in tabulis huius uoluminis positum, si nota fuerit longitudo & latitudo duorum locorum, inueniatur itineraria distantia.

AD inuentionem itinerariæ distantiæ, vbi cognita fuerit longitudo & latitudo facili via, nos ducit vniuersale nouum, in principio tabularum locatum. Quoniam si latitudinem locorum in parallelis posueris, & longitudinem in meridianis, & quod inter notas intercipitur cum circino accipies, & in æquinoctialem locaueris, gradus æquinoctialis inter circini pedes, erunt gradus respondentes itinerariæ distantiæ: hos si per 60. duxeris veniet distantia duorum locorum quæsita. Vt si, verbi gratia inuenienda est distantia inter Venetias, & Alexandriam ægypti, longitudo Venetiarum dicta est supra, Alexandriæ autem lõgitudo ē 60.gr.& m.30.latitudo. 31. g. situo Venetias sub suo parallelo & meridiano, parimodo & Alexandriam, deinde capio inter capedinem cum circino, eãque pono in æquatore, & in uenio gradus inter circini pedes interceptos esse 25. ferè, quos duco per 60, veniunt 1500. miliaria Italica. quibus addo quartã partem, ob nauigationis inæqualitatem, veniunt 1875, miliaria, pro vera inter Venetias, & Alexandriam ægypticam, distantiam.

Quo modo ex data longitudine & latitudine vnius loci, cum latitudine alterius, & itineraria distantia, inuenienda sit, instrumenti artificio, longitudo alterius loci.

HAec operatio facilime fit per vniuersale nouum, at si vniuersale maximum fuerit præcisior erit operatio. Pro huius rei inuentione, reducas milia ria distantiæ, ad gradus, deinde loca asignatum locum, cuius longitudo & latitudo nota sit, sub suo meridiano & parallelo, & ponas super eum vnum circini pedem, acceptis prius cum eo, gradibus æquatoris respondentibus itinerariȩ distantiæ, & alium pedem extende in parallelum alterius loci, versus eam partem ad quam vnus locus ab alio declinat, & vbi circinus signauerit parallelum loci alterius, computa longitudinem à meridiano extremo & erit quæsita longitudo loci. Vt si inuenire libeat ex longitudine & latitudine Alexandriæ data, & latitudine Venetiarum, cum eorum distantia, longitudinem Venetiarũ reducas 1500. miliaria distantiæ, in gradus, ueniunt 25. gr. ferè, tot capias cum circino in æquatore, deinde loca Alexandriam sub suo parallelo & meridiano, & ponas in eã vnũ pedem circini, extende alium ad parallelum Venetiarum, & fac circunferentiam circuli occultam, & vbi circunferentia signat parallelum Venetiarum eumque secat in 33. gradu longitudinis ferè, ibi erit Venetiarum longitudo quæsita.

Hinc apparet, quod si gradus itinerariæ distantiæ æquales fuerint gradibus differentiæ latitudinis, quod loca data, sub eodem erunt meridiano.

Apparet etiam, quõ per instrumentũ, dũ maximũ fueris si nota erit longitudo & latitudo vnius loci, & latitudines omniũ locorũ cũ itinerariis distãtiis ab inuicẽ, cõdẽda sit tota geographia, imo rectificãda. Id quod forsan deo fauẽte nos faciemus. quõ nunc per sinus recte tabulã inueniẽda sit distantia locorũ docebimus.

Distan-

Diſtantia itineraria duorum quorumcunque locorum, dum cognita erit longitudo & latitudo eorum, quomodo per Tabulam ſinuum inuenienda eſt.

HAec via aliquantulum laborioſior erit præcedentibus, ſed certior omnibus, quoniam hic elaboratur per triangulos ſphæricos, ibiq; ſuppoſiti ſunt trianguli ſphærici, plani. & qualis eſt differentia inter planos triangulos, & ſphæricos, iudicanda relinquitur ſtudioſis aſtronomiæ. Sed vt ad rem veniamus dico, quod data loca aut ſub vno erunt meridiano, aut ſub vno parallelo, aut ſub parallelis & meridianis aliis. Si ſub vno erũt meridiano, ſubtrahe latitudinem minorem à latitudine maiori ſi ab eadem parte fuerint, relictumq; ducas per 60, & veniet diſtãtia itineraria recta, inter duo data loca. at ſi latitudo vnius fuerit Borealis, & latitudo alterius auſtralis, ſimul has addas latitudines, & quod poſt additionem prouenerit, multiplica per 60. venietque diſtantia quæſita. hic non indigemus exemplo, ſi ea quæ ſupradicta ſunt fuerint intellecta.

Dum loca fuerint ſub una latitudine, & diuerſis longitudinibus.

CVm loca fuerint ſub una latitudine, & ſub diuerſis longitudinibus, ſubtrahe longitudinem minorem à maiori, & relinquitur longitudinis differentia. deinde dimidia arcum differentiæ longitudinis, & cum reſiduo ingredere tabulam ſinus recti, & ſinum acceptum dupla, & erit corda differentiæ lõgitudinis. poſt hæc, duæ ſunt uiæ inueniendi arcum circuli magni itinerariæ diſtantiæ, una eſt per tabulas proportionis arcuum parallelorum ad æquatorem, alia eſt per cordas tantummodo, ſemidiametrum paralleli, & ſinum totum. & Quoniam ut demonſtrauimus, vbi docuimus inuenire proportionem paralleli ad æquatorem, ſimiles arcus circulorum, proportionales habere cordas, igitur quemadmodum arcus æquatoris, ad ſimilem arcum paralleli, ita corda arcus æquatoris, ad cordam arcus paralleli, nota eſt enim per tabulas, proportio 60.m. æquatoris, ad 60. paralleli, & corda arcus æquatoris differentiæ longitudinis; & corda paralleli nota erit, & per conſequens arcus Itinerarius. Præterea cum proportio ſinus totius, ad ſinum arcus differentiæ lõgitudinis, ſiue ad cordam eiuſdem, ſit ut ſemidiameter paralleli, ad cordam ſimilis arcus, arcui æquinoctialis: & cum tria data ſunt, & quartum datum erit per 19. ſeptimi, ſiue 16. ſexti. ſi igitur duxeris cordam datæ longitudinis differentiæ in ſemidiametrum paralleli ſiue quod idem eſt in ſinum complementi latitudinis paralleli: & productum diuiſeris per ſinum totum, naſcetur corda arcus itinerariæ diſtantiæ quæſitus. Vt exempli gratia, ſint duo loca ſub parallelo 60. grad. latitudinis, & differentia longitudinis horum ſit 20. gra. igitur cum 10. gra. intro tabulam ſinus, & inuenio. 17365. pro ſinu arcus 10. graduum, hunc duplo veniunt 34730. & quia vni gradui paralleli dati reſpondẽt 30. m. æquatoris, ideo dico ſi 60, dant 34730. quid 30. duco cordam per 30. veniunt 1041900, hic numerus diuiſus per 60. dant. 17365, & eſt corda arcus itinerariæ diſtantiæ, huius dimidium eſt 8682. arcus huius ſinus eſt 4. gr. m. 59. operã-

do cum.

do cum parte proportionali. quoniam in tabula finus nõ inuenio, 8682. sed 6976 hũc finum demo est 8682. residuum est 1706. demo etiam finum 6976. & est 4. gr. ex 8716. finu Scilicet, 5, gr. residuum est 1740, d c) nunc si sic dat 60. quid 1746. opero secundum regulam, & inuenio 59. m. quæ addita quatuor gradibus, venit arcus dimidij distantiæ itinerariæ, 4. gr. & 59. m. quem arcum si duplauero, erit arcus itinerariæ distantiæ, 9. gr. & 50. minutorum, hos si duxero per 60, veniet distãtia in miliaribus italicis, reducta operatio alterius partis per se nota est. Nil aliud est dicere data duorum locorum longitudine, nisi est triangulus sphæricus, ex circulorum maiorum segmentis, cuius duo latera sunt nota, cum uno angulorũ, quæritur reliquum latus, & reliqui anguli per 11. triangulorum sphæricorum Nicolai Copernici omnia redduntur nota.

Dum data loca fuerint sub diuersis longitudinibus, & latitudinibus.

SI data loca fuerint sub diuersis longitudinibus & latitudinibus, sic operandum est. Subtrahe minorem longitudinem à maiori, & residuum serua. deinde per præcedentem operationem, inuenies cordam arcus unius & alterius paralleli, harum demas minorem à maiori, & residui sumas medietatem, quam à corda maiori subtrahas, & residuum quadra & serua ad partem, deinde quadra hanc medietatem, & quadratum serua sumas postea cordam differẽtiæ latitudinis, & eam quadra, ab hoc quadrato detrahe quadratum medietatis, & residuum addas quadrato supra seruato, & aggregati sumas radicem quadratam, & hæc erit corda itinerariæ distantiæ, cuius sumas medietatem, cum qua ingredere tabulam finus, & arcum cum ea inuentu dupla, & erit arcus itinerariæ distantiæ. hunc ducas per 60. & prouenerit distantia itineraria in miliaribus reducta. Ad clariorem doctrinam apponemus numeralem supputationem. sint duo loca, & longitudo unius sit 30. grad. & latitudo 46. grad. longitudo alterius sit 50. grad. & latitudo 20. sub traho minorem longitudinem à maiori remanent 20. grad. quorum medietas est 10. grad finus horum est 17365. huius duplum est 25730. cordia scilicet differentię longitudinis. subtraho nunc 46. ex 90. residuum est 44. quorum finus est 69466. semidiameter scilicet paralleli 46. gradus latitudinis. hunc finum duco in finum differentiæ longitudinis, & productum diuido in totum, uenit 17874. corda scilicet arcus paralleli 46. gra. differentiæ longitudinis. Subtraho etiam 20. gra. à 90. residuum est 70. grad. quorum finus est 93969. hic ęst semidiameter paralleli 20. gra. hunc duco etiam per cordam differentiæ longitudinis, & diuido per finum totum, uenit 24178. hæc erit corda arcus paralleli 20. grad. differentiæ longitudinis. ab hac demo cordam differentiæ longitudinis 46. grad. remanet 6304. cuius numeri medietas est 3152. hunc quadro, & quadratum quod est 9935104. seruo ad partem. deinde hanc etiam medietatem subtraho à corda maiori differentiæ longitudinis paralleli, quæ est 24178. residuum erit 21026. par. huius residui sumo quadratum, estque 442092676. & seruo ad partem. deinde subtraho minorem latitudinem à maiori, residuum est 26. grad. horum medietas est 13. grad. finus horum grad. est 22495. harum partium duplum est 44990. corda differentiæ latitudinis harum quadratum est 2024100100. ab hoc quadrato demo quadratum primum, supra seruatũ scilicet 9935104. & relinquuntur 2014164996. cum hoc quadrato addo quadratum residui differentiæ longitudinis secundæ, quod est 442092676. ueniunt 2466192776. radix harum partium est 49660. hæc est corda

[Hinc Chrysæ & Argyræ aureum & argenteum solum habentes insulæ Plinio, Melæ & alijs dicuntur, quas Martianus Chryseram & Argyream nominat. χρυσὸς enim aurum. ἄργυρος argentum dicitur. Hæc metropolim habet à parte septentrionali fine eius occidentali dictam Argenteam, quæ gradus habet 167.austra. 8 30
Orientalis uero finis insulæ 169.austra. 8 0
Satyrorum insulæ tres, quarum interuallum 171.austra. 2 30
Qui has inhabitant, caudas habere dicuntur, quales Satyrorum pingunt. Feruntur & hic aliæ insulæ continuæ esse numero decem, Maniolæ appellatæ in quibus dicunt nauigia, quæ clauos ferreos habent detineri, ac ideo illa ligneis compaginant, ne quando lapis Herculeus, qui circa ipsas gignitur, illa attrahat. Ob quę hoc super trabibus ea in sicco firmari asserunt.
Tenere autem ipsas dicũtur Anthropophagi Manioli dicti. Harum medium gradus habet 142.austra. 2

SINARVM

SINARVM SITVS CAP. III

Tabula XI. Asiæ.

Mangy & Cyamba prouincia Magno Cham Tartarorũ subditæ [China hodie

Sinæ terminantur à septentrionibus parte Serum exposita. Ab ortu solis atque meridie terra incognita, Ab occasu India extra Gangem iuxta lineam annotatam, usq; ad magnum sinum, ac ipso magno sinu, & partibus quæ deinde adiacent Ferinis appellatis, ac parte Synarum, quam habitant Ichthyophagi Aethiopes secundum descriptionem hanc [Sinum magnum dixi esse hodie mare de Sur, ad quem Hispani uersus occidentem nauigando perueniunt, terrestri itinere duorum dierum interiecto.

Post limitem sinus qui iuxta Indiam notatus est.

Aspitare flu. ostia	175	.16	0
Fluuij fontes, qui ab orientalib. partib.			
Semmanthini sunt montis	180	.26	0
Bramma ciuitas	176	40.12	30
Ambasti flu. ostia	177	.10	0
Fontes fluuii	179	.15	0
Rhabana ciuitas	177	.8	30
Seni flu. ostia	176	20.6	30
Notium promont.	175	.4	0
Ferini Sinus interior recessus	176	.2	0
Satyrorum promont.	175	.æquinoct.	
Sinarum sinus	178.	austra. 2	20
Hunc habitant Ichthyophagi Aethiopes			
Cotiaris flu. ostia	177	.australis	7
Iuxta quod miscetur Seni amni	179.	æquinoct.	
Fontes fluuij	180.	austral. 2	
**Cattigara Sinarum statio [Cautam*	177.	austr. 8	30

Tenent autem regionem, quæ maxime ad Arctos uergit, Semanthinæ supra eiusdem nominis montem. Sub iis autem atq; mõte Acadræ. Post quos Aspithræ Postea apud magnum Sinum Ambastæ, & circa alios sinus Ichthyophagi Sinæ

Ciuitates autem Sinarum mediterraneæ hæ nominantur.

Achatara	178	20.21	15
**Aspithra*	175	30.16	15
Coccoranagara	179.	austral.	2
**Sarata*	180.	austral.	4

*Et Metropolis Thinæ [alias Sinæ 180. australis 3

Eam tamen non ærea mœnia habere dicunt, nec quicquã memoratu dignum. Circundatur autem à Cattigaris uersus occasum terra incognita, mare Prasode amplectens, usq; promont. Prasum, à quo incipit, ut dictum est, maris asperi sinus, terram coniungens Rhapto promont. & partibus australibus Azaniæ.

TAPROBANES INSVLAE SITVS

CAP. IIII.

Tabula XII. Asiæ

Taprobana, à nostris Samotra siue Sumatra dicit̃, ut Ioseph Indus, Ludouicus Vartomanus & alij testantur. Huic quatuor reges moderantur, omnes idololatræ.

Cory Indiæ promontorio opponitur promontorium insulæ Taprobanes, quæ olim Symondi insula dicebatur, nunc autem Salice. Qui eam habitãt, communi uocabulo Salæ dicuntur, mulierum crinibus omnes ferè tecti.

Nascitur apud hos oriza, mel, zingiber, beryllus, hyacinthus, & uniuersorũ metallorum genera, auri & argenti & aliorum. Elephãtes gignit & Tigres. Eius promontorium, quod dictum est Cory opponi, gradus habet

126 .12 30

Et uocatur Boreum promont. Alia autem circumscriptio habetur in hũc modũ.

Post dictum Boreum promont. quod gradus habet	126	.12	30
Galiba extrema	124	.11	20
Margana ciuitas	123	30.10	20
Iogana ciuitas	123	20.8	50
Anarismondi promont.	122	.7	45
Soanæ flu. ostia	122	20.6	15
Fontes fluuii	124	30.3	0
Sindocanda ciuitas	122	.5	0
Priapidis portus	122	.3	40
Anubingara	121	.2	40
Prasodes sinus	121	.2	0
Iouis extrema	120	30.1	0
Nubartha ciuitas	121	40. æquinoc.	
Azani flu. ostia	123	20 .austr.	1
Fontes fluuii	126	.septentr.	1
Hodoca ciuitas	123.	australis	2

Orneon

Orneon uel auium extrema	125.	austr.2	30
Dagana ciuitas sacra lunæ	126.	australis	2
Corcobara	127	40.au.2	20
Dionysi seu Bacchi ciuitas [Palibam	130.	austr.1	30
Cetæum promont.	132	30.au.2	20
Baraci flu.ostia	131	30. septen.	1
Fontes fluuii	128	.2	10
Bocana ciuitas [Burabachata	131	.1	20
Mordi portus	131	.2	20
Abaratha ciuitas in extremis	131	.3	15
Solis portus [Mandaricam	130	.4	0

[Solis insulam facit Plinius, quæ & Nympharum rubens cubile dicitur. ubi ob æstũ intolerabilẽ oẽ animãs ingressum ui circũfusi aeris confestim exanimatur.

Littus magnum

Procuri ciui.in promont.	131	.5	40
Rhizala portus [Ziacha	130	40.6	30
Oxia promont.	130	.7	30
Gangis flu.ostia	129	.7	20
Fontes fluuii	127	.7	15
Spatana portus	129	.8	0
Nagadiba ciuitas [Tinuma	129	.8	30
Panti Sinus	128	30.9	30
Anubingara ciuitas [Pacem	128	40.9	40
*Modutti emporium	128	.11	20

[Pynder hodie, & celebrior totius insulæ portus.

Phasis flu.ostia	127	.11	20
Fontes fluuii.	126	.8	0
*Talacori emporium	126	20.11	40

Post quod est Boreum promontorium. Montes in insula insignes sunt, qui Galibi appellantur, ex quibus fluunt Phasis, & Ganges. Et mons, qui Malea dicitur, unde fluunt Soanas, & Azanos, & Barraces. Et sub hoc monte usque mare sunt Elephantum pascua. Tenent autem insulam à parte maxime septentrionali Galibi & Muduttæ. Sub quibus Anurogrammi, & Nagadibi. Et sub Anurogrammis Soani. Sub Nagadibis autem Semni. Subq; iis etiam Sandocandæ quidem uersus occasum. Et sub ipsis usq; Elephantum pascua Bumasani. Tarachi autem uersus solis ortum tenent. Sub quibus Bocani & Morduli, & qui maxime australes sunt Rhogandani & Nanigiri. Ciuitates autẽ in insula mediterraneæ hæ sunt

Anurogrammum regia	124	10.8	40

*Maagrammum Metrop.	127	.7	20
Adisamum	129	.5	0
Poduce	124	.3	40
Vlispada	126	20.borealis	40
Nacaduma	128	30 .æquino.	

Ante Taprobanem multitudo insularum iacet, quas dicunt esse mille trecentas & septuaginta & octo numero.

Quarum tamen nomina traduntur, hæ sunt

Vangana	120	15.11	20
Canathra	121	40.11	15
Orneorum uel auium	119	.8	30
Aegidiorum	118	.8	30
Monache	116	.4	15
Ammine	117	.4	15
Carcus	118	.austral.	40
Phelicus	116	30.aust.2.	40
Erene	120	austral. 2.	30
Calandadrua	121.	austr.5	30
Arana	125.	austr.4	20
Bassa	126.	austr. 6	30
Balaca	129.	austr.5	30
Alaba	131.	austral.	4
Gumara	133.	austr.1	40
Zaba	135	.æquinoct.	
Zibala	135.	boreal.4	15
Nagadiba	135.	boreal.8	30
Susuara	130.	bore.11	15

Orbis igitur necnon prouinciarũ, ac præfecturarum enarratio particularis, hoc nobis axplanata sit modo. Cæterum cum in principio compositionis ostenderimus, quo pacto cogniti orbis pars, in sphæra describi possit, necnon in superficiæ plana, ut maxime similis & commensilis sit iis, quæ in sphæra comprehenduntur solida, congruatq; talibus uniuersi orbis explanationibus descriptionẽ quandam addere summariam, ad demonstrationem eorum quæ uniuersaliter sunt contemplata, absoluatur & ipsa secundum conuenientem rationem, quæ ita se habet.

DESCRIPTIO SVMMARIA TABVLAE ORBIS CAP. V.

ORbis noster in tres diuisus est continentes à uetustioribus illis, qui sigillatim q̃ diligentissime scripsere, cõmẽtariosq; reliquere de singulis, sicuti in

in historia, quibus & nos astipulamur, qui partim hæc inspeximus, partim uero diligenter ab eis excepimus. ac ideo tabulam quo pacto totus orbis figurari possit, subijcere deliberauimus, ut nil discēdi cupidis inexpertum relinquatur ex ijs, quæ particulatim utilia sunt, quo omnis historia ornetur, pariter & acumen uirium naturalium excitetur.

Pars terræ nostræ habitabilis terminatur ab ortu solis terra incognita, quæ populis orientalibus Asiæ magnæ adiacet Sinisq;, ac Sericæ.

A meridie similiter terra incognita, quæ pelagus ambit Indicū, & quæ Aethiopiam, quæ à meridie est Libyæ, uocaturq; Agisymba, complectitur.

Ab occasu etiam terra incognita, quæ sinum excipit Aethiopicum Libyæ, & deinde oceano occidentali, qui occidentalissimis Libyæ & Europæ adiacet partibus [Nulla ab occasu hodie terra incognita, sed occidentaliores Africæ partes Caput album & Caput uiride dicuntur, Oceano adiacentes

A septentrionibus autem coniuncto sibi oceano, qui insulas complectitur Britannicas, necnon Europæ Borealissima, appellaturq; Deucalidonius et Sarmaticus ac etiam terra incognita, quæ Borealissimis magnæ Asiæ adiacet regionibus, Sarmatiæ & Scythiæ, & Sericæ. Ex æquoribus uero, quæ ab orbe excipiuntur habitabili, mare nostrum cum adnexis sibi sinibus, utpote sinu qui iuxta Adriam est, Pelagusq; Aegeum, necnon Propontidem, pontum quoque, ac paludem Mæotim, per solum fretum Herculeum cum oceano commiscetur, pelagi angustias quasi Isthmum Chersonesi instar faciens. Hyrcanum uero mare, quod & Caspium dicitur, undique terra circundatur, insulæ quo ad continentem oppositum, simile. Similiter & mare, quod iuxta pelagus est Indicū, totum cum adiacentibus ei sinibus, tam iuxta sinum Arabicum, quàm Persicum, necnon Gangeticum, & eum qui proprie magnus uocatur sinus, undiq; à terra circumambitur. Quapropter ex tribus continentibus, Asia adnectitur Libyæ, & per dorsum Arabiæ, qui mare nostrum à sinu segregat Arabico, & per terram incognitam, quæ ab Indico alluitur pelago. Europæ uero adnectitur per dorsum, quod inter paludem est Mæotim, oceanumque Sarmaticum, super Tanais amnis defluuio. Libya uero ab Europa solum freto disiungitur, per seipsam illi cohærens minime, sed per Asiam omnino, quoniam illa utrique connectitur, ambasque per orientalem plagam attingit. Porrò ex tribus illis continentibus, magnitudinis gratia, Asia est prima, secunda Libya, tertia Europa. similiter inter maria prædicta, quæ a terra excipiuntur, rursus ob magnitudinem primum est mare iuxta Indicum pelagus, secundum nostrum, tertium Hyrcanū, quod & Caspium. Præterea inter sinus insigniores, primus est similiter & maior Gangeticus, secundus Persicus, tertius uero Magnus, quartus Arabicus, quintus Aethiopicus, sextus Ponti, septimus Aegei pelagi, octauus paludis Mæotidis, nonus Adriæ, Decimus uero Propontidis. Ex insulis

uero

uero insignioribus & peninsulis, prima est Taprobane, secunda Albionis Britā nicorum, tertia aurea Chersonesus, quarta Hybernia Britannicorum, quinta Peloponnesus, sexta Sicilia, septima Sardinia, octaua Cyrnus, quæ & Corsica, nona Creta, decima Cyprus. Sanè meridionalem terræ cognitæ finem terminat parallelus. qui æquinoctiali est australior partibus 16.m.25. qualiū est circulus maximo. 360. [Hodie usq; ad Caput bonæ spei, quod est Africæ continens 23. gradus latitudinis meridionalis numerantur. [Totidem etiam partibus qui per Meroen scribitur, æquinoctiali est septentrionalior. Septentrionalem uero finem terminat parallelus, qui æquinoctiali est septentrionalior partibus 63 scribitur autem per Thylen insulā, ita ut latitudo terræ cognitæ partium fiat. 79.m.25. aut integris gradibus 80. stadijs uero quadraginta millibus ferè, ita ut pars una, seu gradus unus, quingenta contineat Stadia, quemadmodum ex diligentibus deprehensum est dimensionibus. Totius uero ambitus centum & octuaginta millia comprehendat stadia. Rursus orientalem finem terræ cognitæ terminat meridianus scriptus per Sinarum metropolim, distans ab eo, qui per Alexandriam scribitur, orientem uersus, super æquinoctiali partibus 119 m.30. octo autem horis ferè æquinoctialibus. Occidentalem uero finem terminat ille qui per fortunatas scribitur insulas, distatq; ab eo, qui per Alexandriā partibus 60.m.30. horis autem æquinoctialibus quatuor. A semicirculo uero orientalissimo partibus 180. ac horis æquinoctialibus 12. ita ut longitudo orbis cogniti esse colligatur super parte quidem æquinoctialis, stadiorum nonaginta millia. Super eo uero qui est australissimus octuaginta & sex millium ac trecentorum & ferè triginta. At super eo qui est septentrionalissimus millia quadraginta octingenta quinquaginta quatuor. Et rursus super eo, qui per Rhodū scribitur, sub quo potissimum factæ sunt dimensiones distante ab æquinoctiali partibus 36. stadiorum septuaginta duorum millium octingentorum & duodecim fere Super eo autem qui per Syenem est quiq; ab æquinoctiali distat partibus 23.m.50. qui fere in medio totius latitudinis situs est, Stadiorum octuaginta duo millia trecentorum triginta sex, secundum proportionem ipsam dictorū parallelorum ad æquinoctialem, ita ut longitudo orbis latitudine maior fiat, in climatibus quidem septentrionalissimis, quinquagesima fere parte, in ijs uero per Rhodum dimidia quodammodo & tertia parte, in ijs autem per Syenem totidem & ferè sexta. in australissimis quoq; totidem. In ijs uero qui sub æquinoctiali sunt totidem, ac insuper quarta. Magnitudo aūt maximi diei seu noctis, in parallelo quidē inter prædictos australissimo horarū æquinoctialium est 13. totidem & in eo qui per Meroen scribitur. In æquinoctiali autem horarum est 12 In eo uero qui per Syenem describitur, horarum 12.m.30. At in eo qui est per Rhodum 14. & m.30. In septentrionalissimo autem & qui per Thylen 20. ita ut totius latitudinis differentia fiat horarum æquinoctialium nouem.

ARMIT-

ARMILLARIS SPHAERAE CVM HABITABILI DESCRIPTIO.

CAP. VI.

DEscriptio igitur dispositionis uniuersæ, ad tanta usq;, competenter se habet. uerum haud absurdum erit his addere, quonam modo apparens terræ semisphærium, in quo habitabilis nostra est, in plano describatur, à sphæra comprehensum armillari, quandoquidem plures qui demonstrationem hanc aggressi sunt ineptissimè ea usi uidentur. Proponatur igitur sphæram armillarem in plano describere, quæ partem complectatur terræ ita uisus situm habentem secundum quem rectæ linearis sit communibus sectionibus, hoc est, meridiani, qui per tropicas notas, cui & longitudo subiacebit, nostram habitabilem bifariam incidit, & paralleli, qui per Syenem in terra scribitur, qui & ipse latitudinem orbis æqualiter ferme secat. Sic autem habeantur rationes magnitudinũ armillaris sphæræ, & terræ, necnon uisus distantiæ, ut in eo spacio quod inter armillam æquinoctialis & æstiui continetur tropici, tota pars terræ appareat cognitæ: Australiori semicirculo, eius qui per media signa est circuli, super terrã constituto, ne ab illo obumbratio quædam fiat terræ habitabilis, ad Boream cõstitutæ. His igitur suppositis dicti quidem meridiani, unius rectæ lineæ secundũ axim ipsam facient apparentiam, quasi uisus in plano, per eos ducto, cadat. Ob eãdem etiam causam parallelus per Syenem, rectæ lineæ apparentiã præbebit, illa existente recta: reliqui uero ex circulis inscribendis, secundum concaua ad rectas lineas, inuersi apparebunt: meridiani quidem ad lineam eam quæ per polos est, paralleli uero ad illam quæ per Syenem, & magis ij qui plus ex utraque parte distant, quemadmodum per se liquet. Quo pacto uero descriptionem hãc effingere possimus, ut quàm similis sit adumbramẽtis uisualibus modus hic perquam commodus nobis erit.

Esto meridianus qui per signa æquinoctialia in spæra transit armillari, A, B, C, D, circa centrum, E, & diametrum, A, E, C, intelligaturq;, A, secundũ polum Borealem, C, uero Australem; ac sumatur, B, F, &, D, G, &, B, H, &, D, K, circũferentiæ indistantijs tropicorum ab æquinoctiali, A, autem &, L, &, A, M. &, C, N, &, C, O, à distãtiis poli arctici & antarctici. secetq; diameter æstiui ipsã, A, E, iuxta P. Quũ igitur parallelũ qui per Syenem scribitur, inter, E, &, A, positionẽ habere oporteat. sit autem ratio circunferentiæ, quæ est à parallelo per Syenem ad æquinoctialem, ad quadrantem ut quatuor fere ad quindecim, E, A. autem residuo A, P. eorundem fere quatuor ad tria, sesquitertia erit & E, A, lineæ quæ ex centro terræ exit.

Assumatur

Assumatur iam E,Q, talium triū qualium est quatuor,E,A,& in centro,E,distātia uero, E,Q,scribatur in eodem plano circulus, qui terram complectatur,Q,R: & diuisa aliqua recta,quę sit æqualis,E,Q, in nonaginta sectiones æquales, unius quadrantis assumatur quidem, E,S,sectionum uiginti trium semis & tertij,at, E.T,sectionum sedecim tertij & duodecim, E, V,vero eorundem sexaginta trium,& perducatur, X,S,Y,ad,Q,R, recta cadens,uidelicet secundum parallelum per Syenem.Erit igitur,T,signum per quod scribetur parallelus ille,qui terminat australem finem habitabilis, & oppositus ei qui est per Meroen:V,uero per quod scribetur parallelus, qui terminat finem Borealem,scriptusq; per Thylem.Assumatur nunc signum paulolum australius,T,sicut,Z,& coniungatur,Z,D,producanturq;, S,Y,&,Z,D,ac coincidāt iuxta ⁘ Si igitur nūc expositos circulos intelligamus in plano,per signa tropicorum & polorum,aspectumq; super ⁘ ut supposuimus: lineæ quidem ab ⁘ per M,&,G,ac,D,&,k,& ,O,productæ ad , A, C, facient super ipsa sectiones, per quas scribentur ad aspectum segmenta quinq; parallelorum : ueluti per sectionem, Z , ac, D,scribetur æquinoctialis. Lineæ uero ab ⁘ super,L,&,F,&,B, &,H,&,N,coniunctæ apud,A,C,sectiones facient, per quas scribentur portiones eorundem parallelorum . Similiter quoq; in parallelis describendis in terra , si sumpserimus super , Q, R, peculiares ab æquinoctiali distantias . velut i, V, & , T, ac sectiones . quæ fient super eisdem per rectas linea à,Z,coniunctis super semicirculo , Q, R, habebimus oppositas eis secundum parallelos positiones,per quas scribentur dictorum parallelorum segmenta : ueluti , G , V , F , & , D, T, B, super quibus sumentes exortus eorum quæ ordinanda sunt ex utraq; parte meridiani,T,V,& super,X,S,Y,recta,in peculiaribus trium illorum parallelorum rationibus,scribemus per trium similium signorum particulas,subiectorum meridianorū, tanquam eorum qui definiāt lōgitudinem,&,F,X,B,&,G,Y,D.

Multitudo

Multitudo igitur in terra describendorum ad descriptionis magnitudinem ad aptanda erit. In Armillarum uero parabole, id obseruandum est, ut quum singula per dicta quatuor signa transeant, figura effingantur ouali, & non in mucrones desinant, in sectionibus apud circulum extremum, ne speciem præbeant fracturæ. Nam illic quoque congruam reliquis flexuram seruari oportet, quãuis lineamenta curua, quæ ellipsim complectuntur, ultra extremum circulum totius descriptionis finitorem cadant. quod & in ueris armillis accidere uidetur. Animaduertendum præterea, ne circuli solum lineæ existant, sed ut cum aliquali latitudinis commensuratione & colore differant, ac etiam ut ultraterraneæ circulorum portiones, obscuriores habeant colores, quam illæ, quæ uisui sunt expositæ, quo in proximioribus fiant incisuræ secundum obumbrationes, quæ in ueris eueniunt armillis. Præterea ut Zodiacus incidat super terrã iuxta semicirculum australissimum, et per tropicum hyemalem incidatur autem ab ipsa secundum Borealem, & per æstiuum tropicum. Conscribemus autẽ de ijs quoq; in locis opportunis peculiares denominationes, ac etiam in circulis, qui in terra sunt numeros, qui in orbis descriptione sunt explanati distantiarum & horarum. Circa uero exteriorem circulum uentorum ponemus nomina ad imitationem sphæræ armillaris, apud adiacentes quinque parallelos & polos per adnotationes.

DESCRIPTIO EXTENSIONIS.
CAP. VII.

Caeterum huiusce extẽsionis descriptio, quæ & summatim armillari congruit sphæræ, talis erit. In plano subijciatur designatio, una cum terra comprehensa, quæ talem habeat positionem, per quam uisus rectus sit communibus incisionibus hoc est, meridiano, qui bifariam per tropica signa orbem secat, cui & subiacet longitudo nostri habitabilis, & parallelo per Syenem in terra scripto, qui & ipse ferè latitudinem orbis intersecat: ita autem se rationes magnitudinum sphæræ ac terræ, necnon uisus habeant distantiæ, ut in spacio, quod inter æquinoctialem est & tropicum æstiuum, tota pars terræ cognitæ appareat, australiori semicirculo per medium Zodiacæ armillæ, constituto super terram, ne sub hac obumbratio quædam habitabilis nostræ fiat, quæ ad Borealius posita est hemisphæriũ. quapropter dicti meridiani unius rectæ lineæ axem ipsam faciant imaginationem, tamquam uisu in plano per ipsos cadente, ac etiam parallelus per Syenem, ob eam causam rectus uideatur. Reliqui uero circuli adnotandi, secundum concaua, conuersi appareãt, ad lineas rectas, meridiani quidem ad eam lineam, quæ per polos transit. Paralleli autem ad eam lineam, quæ est per Syenem, & magis ij, qui plus ab utraque illarum parte distant

ſtant, ita ut arcticus magis quam tropicus æſtiuus ad ſeptentriones, Hyemalis uero tropicus magis quàm æquinoctialis ad meridiem declinet, ac etiam antarcticus magis quàm tropicus hyemalis. Præterea terræ cognitæ pars ita cõſtituatur, ut nullibi illam oceanus circunfluat, niſi in finibus deſcriptis, qui ad Corum ſitæ ſunt & Circium Libyæ, & Europæ, conformiter uetuſtiorum hiſtorijs.

CATHERINO ZENO

CLARISS. NICOLAI F. IVVENI OPTIMAE SPEI ET MATHEMATICARVM DISCIPLINARVM STVDIOSO

Iosephus Moletius Mathematicus. S. P. D.

ETsi hæc Ptolemæi capita nullam afferunt his temporibus utilitatem, cum descriptioni partis terræ, quæ eius ætate cognita erat, tantummodo accommodentur: tamen, ut tuæ satisfacerem petitioni, atque studiosorum utilitati: & , ne tanquam Gordianus nodus relinquerentur; ea speculationis gratia exponere decreui, tibiq́ue, qui studiosus Mathematicarum huius commentarij, & paraphrasis ansam mihi præbuisti, dicare. has igitur expositiones accipe, meque ut soles ama.

PARAPHRASIS, ET COMMENTARIVM, IN SEXTVM, ET SEPTIMVM CAP. Ptolemæi septimi Geographiæ libri.

QVOMODO *sit uniuersa terra disposita, usque adhuc satis est dictum. Nunc non absurdum uidebitur tradere uiam, qua possimus eam partem terræ habitatam cognitamúe, siue terreum hemisphærium nostrum, in plano, & ab armillari sphæra comprehensum, & Geometrica, et optica ratione describere. Id quod antiqui etiam facere tentauerunt, sed incongrue, sine Symmetria & demõstratione. Proponatur describenda opticis rationibus, in plano, sphæra armillaris, siue, ut ab alijs dicitur, circularis, quæ intra se contineat habitatæ & cognitæ terræ hemisphærium. Visus autem ut commodè fiat hæc descriptio, ita situetur, ut sit in puncto medio totius latitudinis, & longitudinis; siue in cõmuni sectione meridiani terminantis dimidium longitudinis cognitæ, & paralleli bifariam dirimentis cognitam terræ latitudinem. hac tamen proportione uisum locatum esse oportet, ut sphæra armillaris descripta, hanc retineat conditionem, ut intra suum æquatorem, & æstiuum tropicum, habitatæ, cognitæúe terræ*

terræ recipiat descriptionem; & australis signorum semicirculus, siue Zodiaci, appareat supra terram: & hoc ut à septentrionale non occupetur terræ descriptio. Id totum facilè fiet; si conuenienti Visus dispositione usi fuerimus: & ut à sphæra, rationalē remotionē habeat; ac rectè proportionādo terram, sphæræ armillari. Hæc, tanquam propositiones totius futuræ operationis posita, ut facilius intelligatur id quod facere intendimus: aliquos declarabimus terminos necessarios huic descriptioni. Et primo. ut ostensum est in xxij, Theoremate Euclidis optices, & in 50. Vitellionis propositiōe iiij. Semper quòd oculus in eo sit plano, in quo & circulus; circuli circunferentia recta uidebitur linea. Hinc sequitur, quod locando oculum in communi sectione meridiani, bifariam longitudinem diuidentis; qui idem erit in hac descriptione cum coluro solstitiorum; & paralleli; quid hic erit is, qui per Syenem transibit, siue æstiuus tropicus: circunferentiæ dicti meridiani & paralleli, rectæ uidebuntur lineæ. Secundo. Quotiescunque posuerimus uisum perpendicularem, in communi planorum meridiani, & Paralleli sectione; sequitur, quòd concauæ parallelorum & meridianorum circunferentiæ, inclinari uidebuntur, uersus eam mundi partem, quò ad uisus relationem, ad quam declinant. & quanto magis paralleli à visu remouentur, tanto magis incuruari conspicerentur, ad rectam lineam denotantem parallelum per Syenē. Idem intelligendum est de Meridianis, quòd quanto magis meridiani ab oculo, uel uersus ortū, ue l uersus occasum remouentur, tanto magis cōspiciuntur incuruati, ad lineam meridianam, colurum solstitiorum ostēdentem. Id totum inferius Mathematicis rationibus ostendetur. Nunc ostendenda mihi uidetur regula, qua commodè facere possimus hanc descriptionem.

Sit circulus meridianus transiens per æquinoctiorum puncta, siue æquinoctiorum colurus, A, B, C, D. Cuius centrum, E, Diameter autem, A, C.

Boreus polus intelligatur A, Austrinus uerò C. deinde sectę circunferentię semicirculorum bifariam A, B, C. in, B. & A, D, C. in, D. intelligantur ęquinoctiorum pūcta, B &, D. Capiantur distātię tropicorum ab ęquatore, scilicet taliū 23. par. & m. 50. qualium quadrans A, B. est 90. sintque B, F. &, D, G. Aestiualia. R, H. & D, k, hyemalia. ęquales istis sumantur distantię a polis, arctico, & antarctico, sintque, A, L, & A, M ab arctico, C, N, et, C, O ab antarctico intelli-

telligantur quinq; paralleli, & Zodiacus, ut in figura uides: in qua diameter æstiui tropici, quę sit. F, G. secet lineam meridianam A, E, C, in puncto T. per diametrum autem, F, T, G, per rationes superius dictas, intelligemus Aestiuum tropicum, & A, E, C, Solstitiorum colurum armillarem. Quum per punctum T. transit per Syenem parallelus, sequitur distantiam eius ab ęquatore, siue maximam solis declinationem ad quadrantem eße, ut 24. ad 90, siue ut 4 ad 15. ferè; nēpè distantiam E, T ad A, E, esse sub tripla supertripartiensquartas. & residuū quadrātis, subtracta maxima solis declinatione à quadrāte, ad. 90. siue ad quartam circunferentiæ partem, esse ut 66. ad, 90, siue ut 3, ad 4. linea igitur A, T, ad, A, E, est subsesquitertia ratione. quòd sic omnia ostendere possumus. Quoniam, qualium A, E, est. 90, talium E, T, est 24. fere. termini autem huius proportionis maximi sunt 90. & 24. Datorum numerorum minimi numeri inueniantur, seruantes inter se eam proportionem quam dati per 35. septimi Euclidis. hoc fit inueniēdo maximam communem eorum mensuram; per secundam citati libri; quę quidem erit 6. diuidantur 90. per, 6, ueniunt, 15, etiam 24. per 6, ueniunt 4. quatuor igitur ad 15. se habent ut 24. ad 90. sed quatuor ad, 15, proportio est sub tripla supertripartiēsquartas, et proportio 24. ad 90 erit igitur, sub tripla supertripartiensquartas, quod propositum fuit prius. Quòd residuum quadrantis, subtracta maxima solis declinatione, ad quadrantem, sit sub sesquitertia ratione probatur. demantur 24. à 90. remanent 66. termini maiores huius proportionis, sunt 66, & 90 per propositiones allegatas superius, inueniantur duo numeri minimi in ea proportione quam dati communis mensura erit, 6, diuidantur, 66, per, 6, ueniunt 11, & 90, per, 6, ueniunt, 15, ut 66. igitur ad 90, ita undecim ad, 15. sed proportio, 11, ad 15, est ut 12, fere ad, 16, 12. autem ad 16, est ut 3. ad 4. & proportio igitur, 11 ad 15 est ut 3. ad 4. fere: sed proportio quę est ab 11, ad 15. est à 66. ad 90. igitur per, 11, quinti Euclidis proportio 66, ad 90. est ut 3. ad 4, ferè: sed proportio trium ad 4, est sub sesquitertia, igitur & proportio residui, A, T, siue complementum, maxime solaris declinationis, est ad quadrantem, sub sesquitertia ratione fere, quòd ostendisse oportuit. linea igitur A, E, lineæ A, T quę a centro terrę exire debet, sesquitertia erit. Non est autem hoc silentio prætereundum, quòd proportio maxime solis declinationis ad quadrantem est minus quam, 4, ad, 15. siue plus quā 15, ad, 4, cum maxima solis inclinatio, minus sit 24 partibus. hac de causa Ptolemęus in explicādis proportionibus, semper subiungit aduerbium Ferè. Ipse tamen non usus est pręcisione non ob numerorum imperitiam, sed quia, 15, uel pauciora minuta, in mechanicis operationibus, non erunt causa ut error committatur sensibilis: ut omnia operanti conspicua erunt. His omnibus ostensis & declaratis ueniendum erit ad descriptionem.

Describa-

Deſcribatur iterum circulus maior deſcri.to, & ſignetur ijſdem literis quippe A,B,C,D. A autem ſit polus borealis, C, uerò auſtralis, diameter, A,C, tranſiens per centrum, E, Puncta B, & D, ſint ęquinoctiorum. B,F, &, D, G, diſtantię tropici æſtiui ab æquatore, & reliqua ut in pręcedenti. Deinde diuidatur A, E,

in 4. æquales partes, ex quibus sumantur tres, ab. E. centro uersus, A, et centro E, interuallo autem finis tertiæ partis, in qua sit, Q, describatur circulus, Q, R, qui quidem erit maior supficiei terræ, & sub sesquitertia ratione erit ad maiorẽ circulũ armillaris sphæræ per. 2. duodecimi Euclidis. Cur ea usus est Ptolemæus ratione, si quæratur, hoc fecit ut æstiuus armillaris tropicus, & æquator eiusdem, non occuparent superficiem terræ; quia si maior esset circulus terræ, superficies eius occuparetur à dictis circulis, & sic impediretur descriptio. Si minor quãuis culi dicti nullum ferrent impedimentum, terra tamen nimis parua esset, & nullã præberet oculis delectationem, ob improportionalitatem; hæc proportio, meo qui dem iudicio, satis congrua fuit, & commoditati, concinnitati, ac etiam pulchritu dini. Sumatur etiam aliqua recta linea æqualis ipsi, E, Q, & ea in 90. æquales partes diuidatur, ex quibus capiantur 23. & m. 50. & signentur æquales ab E, uersus A, et sint, E, S. per punctum igitur, S transire debet Parallelus per Syenem. Sumantur etiam ex partibus lineæ dictæ partes, 16, & m. 32. & signentur ab, E, versus, R, sintque, E, T, per, T, punctum transire debet parallelus australissimus terræ, & oppositus ei per meroe. Capiãtur etiam, lineæ eiusdem, partes. 63 & æquales signentur in linea E, Q, ab, E, uersus, Q, sintq; E, V. per V, ergo transire debet parallelus Borealissimus, & per Thylem; & quemadmodum parallelus transiens per, T. terminabit australem terram, ita transiens per V. Borealẽ. Deinde excitetur super puncto, S, per, 11, primi Euclidis perpendicularis, & sit, Y, S. & extendatur usque ad, X. Nunc ut commodius scribere possimus æquinoctialem armillarem, Capiatur punctus australior ipsi T, sitque, Z. & hoc quia si punctus, Z. esset borealior, T, cum supponimus per, Z, transire æquinoctialem, æquator occuparet descriptionem terræ. Verum ducatur etiam linea à puncto, Z, per punctum, D, æquinoctialis & extendatur simul cum, S, Y, quò usque concurrant in puncto, &. Quod autem rectæ conuenient probatur. Quoniam angulus qui ad S, r ectus est; intelligatur à puncto, D, in punctum, E, cecidisse lineam; quę angulos rectos cum linea A, E, causauerit, circunferentia enim A, D, quarta est circuli. in triangulo igitur, D, E, Z, angulus qui ad E, rectus est, anguli igitur qui ad Z, &, D existũt uni recto sunt æquales, per 32. primi Euclidis. igitur angulus, D, Z, E, est minor recto. Angulus autem qui ad, S. rectus est, per constructionem; ob id æqualis angulo qui ad, E, omnes enim anguli recti, ad inuicem sunt æquales, per quartum Euclidis postulatum. Anguli porrò interiores qui ad S, & Z, sunt, minores duobus rectis existunt. Cum recta super rectas inciderit lineas, angulosque interiores & in eadem parte, minores duobus rectis confecerit rectas lineas concurrere necesse est, ad eam partem, ad quam anguli, minores duobus rectis existunt. per quintum Euclidis Postulatum. coincidunt igitur rectæ S, Y, &, Z, D, in Puncto &. quod ostendisse oportuit.

Pro descriptione autem Armillaris sphæræ, intelligatur pũctus &, oculus; & Planus

Planus A, B, C, D, Colurus solstitiorum. Oculus autem rectè intelligitur in pūcto, & est enim in linea transiens per commune planorum paralleli per syenē, & coluri solstitiorum, ut supposuimus, incisionem. quæ fit per rectam lineam. S, & Y, eiectam usq; ad, &. Ducantur nunc lineæ occultæ, siue deletiles, à puncto, &, per punctum, G, & secet diametrum, A, C, in puncto, I. qui quidem erit paulo borealior V. per, G, igitur, I, &, F, transibit semicirculus æstiui tropici supra terram. Pèr tria nunc data puncta, quæ quidem constituunt triangularem figuram, per S, problema 4. Euclidis describatur circulus, qui extra punctum, V. transibit; & extra per consequens parallelum borealissimum terræ. etiam à puncto, F, & , ducatur linea, & ubi secat diametrum A, C, signetur, & per illud signum, & F, &, G describatur portio circuli, quæ erit altera medietas æstiui tropici, cuius eæ partes apparētes signentur, quæ sunt Extra circulum terræ, siue ultraterraneæ. Parimodo, à puncto, &, et M. ducatur linea quæ, extra circulum ut plurimum ceciderit; extendatur diametrum A, C, usque ad incidentiam lineæ, &, M, per punctum incidentiæ dictarum linearum, & per puncta, M, & L, describatur circulus, & erit medietas circuli arctici. Ducatur etiam linea à puncto, &, per punctum L, & Vbi hæc secat diametrum, A, C, signetur, deinde per eum punctum, & per puncta, L, &, M, describatur circulus, & erit altera medietas arctici circuli. hic circulus, totus extra circulum terræ ceciderit. Pro æquatore tria sunt data puncta uidelicet, D, Z, & B. per quæ trāsire debet semicirculus æquatoris, supra terram; cuius incessus erit extra punctum, T, terminus paralleli Australissimi. Pro reliqua æquatoris medietate, ducatur linea à puncto, &, per B, reliquum punctum æquinoctiorum. & ubi secat diametrum A, C, signetur, & per eum signum, & D, & B, describatur alia æquatoris medietas, cuius eæ appareant partes, quæ ultra terraneæ sunt. Hyemalis tropicus & antarcticus circulus describuntur, quemadmodum descripsimus æstiuum, & arcticum. Zodiacus autem describitur per æquinoctiorum puncta, & solstitiorum, hac lege. Ea medietas, quæ locatur supra terram, describitur per puncta æquinoctialia, & per sectionem medietatis hyemalis tropici supra terram, cum diametro, A, C, & hæc erit medietas australis, Reliqua medietas describitur, per sectionem medietatis tropici æstiui, sub terra cum diametro, A, C, cuius medietatis eæ, partes tantummodo signentur atramento, quæ ultra terraneæ uel ultra circulum terræ sunt. Aduertendum est etiā quòd ubi medietates horum circulorum concurrunt, cum plurimum faciunt angulos acutos, quos iuditio delendos esse intelligito, ita ut non lāciarem, sed Oualem, quam elypsim Mathematici uocant, figuram constituant. Circulos et Armillaris sphæræ, aliquā habere oportet latitudinē: & sint inter se aliquo colore distincti; & hæc omnia ut discernātur à circulis terræ, et inter se. Qua arte nunc describendi sint circuli terræ, docebimus. Sphæra armillaris descripta, facile est

describere superficiem terræ. Quoniam si à puncto, &, per punctum, T, ducatur deletilis linea, ea signabit meridianum terræ in signo, ω, nunc quanta est distantia à puncto, ω, ad, Υ, æqualis, secetur à puncto, X, uersus austrum, & per signaturæ punctum, &, T, &, ω, describatur circulus, & erit australissimus terræ parallelus. Extendatur etiam linea à puncto, &, ad punctum, E, quæ secabit meridianum terræ in punto, Φ, huic distantiæ, quæ erit à puncto, Φ, ad punctū, Υ, æqualis capiatur à pūcto, X, austrum uersus, sitque, X, Γ, per puncta igitur Γ, E, &, Φ, circinetur circulus, qui æquatorem terræ denotabit. per punctū insuper, V, et & ducatur linea, & secet meridianum terræ in puncto, Σ, distātiæ ab, Υ, ad, Σ, æqualis sumatur ab, X, uersus septentrionem, & sit, X, Ψ, à, Ψ, V, &, Σ, signetur circulus, & erit parallelus per Thylem, & Borealissimus terræ. Verum si nunc libet scribere reliquos parallelos, tam uersus austrum, quam uersus Boream, nil aliud agendum est, nisi sumere distantiam paralleli ab æquatore, & eam numerare in linea diuisa in, 90, partes, & signare æqualem huic, in linea meridiana, A, C, à puncto, E, uersus septentrionem, uel uersus austrum, uti latitudo paralleli est. per punctum deinde huius signaturæ, et &, ducere lineā. & ubi hæc signat meridianum terræ, ibi signare: æqualem huic distantiæ in parte opposita, à parallelo per Syenem, capere uersus eam partem, ad quam parallelus declinat, & per hæc tria puncta, ducere circulum, & ille erit parallelus qui scribēdus erat. Vt si proponatur parallelus qui transit per Venetiam scribendus, cuius latitudo, siue distantia ab æquatore, est gra. 45. borealis; sumo à linea diuisa, 45. partes, & à puncto, E, uersus, A, æqualē ijs abscindo, & terminantur in, Θ, per, & et, Θ, duco lineam, et sectio quæ in meridiano terræ fit, sit, Ξ. sumo deinde distātiam quæ est ab, Υ, ad, Ξ, & æqualem pono ab X uersus septentrionem, quæ terminetur in Δ, per Δ igitur, Θ, &, Ξ, scribo circulum, & erit optatus per Venetiam parallelus. Non dissimili ratione, omnes alios parallelos describere possumus. Pro meridianorum descriptione, sic facito. Si institutum sit ut meridiani distent ab inuicem per tertiam horæ partem, diuidito parallelum per Thylem, per Syenem, & per Meroe oppositum: in 36 partes æquales, siue in, 12, & erunt distantes per horā, siue in, 6, & distabunt per duas horas, & per puncta sectionum, describito per tria data puncta circulos, & descripti erunt Meridiani; ut duo sunt meridiani descripti, per duarum horarum spacium, scilicet α, β, δ, & π, ζ, ξ.

Reliquum est ut inter V, & T, describas terram, quemadmodum in primo libro docuimus, Cuius partes ab oculo remotæ, obscuriores fieri debent, quàm eæ quæ propriores oculo sunt, & ubi oculus, clara siue lucida appareat terra. Quoniam res, quò magis à lumine remouentur, eo magis obscuriores apparent. nos autem fingimus oculum, & lumen in puncto, S, partes ergo quæ erunt in puncto, I, et inpuncto, Z, obscuriores euadunt, quàm illę quę sunt in puncto, E, et Θ, quia magis à lumine remouentur. Insuper, extra maiorē circulum armillaris sphęrę,

describendi

describendi ueniunt uenti suis nominibus, ea arte quā in primo docuimus libro. et post hæc erit et armillaris sphęra descripta, et extensio terræ, siue plana eius descriptio, quod fieri propositum fuit.

Superest pręterea, ut compleatur qđ in principio proposuimus, ostendere parallelos omnes ad parallelum per Syenem inclinatos apparere siue concauam eorum partem ad parallelum per syenem, et coniuxam ad eam partem ad quam tendunt, ut septentrionales uersus septentrionem et australes uersus austrum conuertere. ita etiam se nobis ostendunt Meridiani. & quòd ille Parallelus qui magis ab oculo siue à parallelo per syenem remouetur, magis curuus apparet, siue magis tendit ad semicirculū, quàm ille qui minus: ut curuior apparebit parallelus per Thylem, quam per Venetiam.

Esto sphæra conditionibus superius dictis in plano descripta, A, B, C, D, A. autem septentrionalis pars, C Australis, & intelligantur Paralleli; B, E, D per Syenem, F, G, H, & I, k, L, sint utcunq, paralleli septentrionales. septētrionalior autem sit, I, K, L, ipso, F, G, H. Dico primum punctū, G, Septentrionaliorē esse puncto, F, & longius à parallelo per Syenem distare. Intelligatur punctus, M, Visus ut in pręcedenti figura. Linea autem, M, B, O, perpendicularis est super lineam, A, E C. meridianam, per constructionem. à puncto autem M, ducam lineam ad F, & extendam usque ad, G, & à puncto F, ad lineam E, B, ducam perpendicularem, F, N, quæ parallela erit lineæ G, E, propter angulos qui ad E, &, N, r ectos. per, 29, primi Euclidis. Quoniam, enim Trianguli, M, F, N, & M, G, E, æquianguli sunt, propter communes angulos qui ad M, & G, & rectos qui ad, N, & E, per 32. primi Euclidis. Aequiangulorum triangulorum proportionalia sunt latera quæ circum æquales angulos. per 4. sexti Euclidis. Vt latus igitur, M, E, lateri, E, G, sic latus M, N, lateri, N, F. Si primum secundo eādem habuerit rationem, quam tertium quarto: primum autem maius fuerit ter-

tio,& secundum quarto maius erit.per 14.quinti Euclidis.Verum,M,E,primũ maius tertio M.N,est;totum sua parte,& E,G, secundum maius erit quarto N.F.Punctus igitur,G,septẽtrionalior est puncto,F,quod demostrasse oportuit Non alia ratione probatur de omnibus Parallelis & punctis.

Secundum dico,quòd Parallelus I,k,L,qui septentrionalior est, F,G,H curuior est,seu magis accidit ad semicirculum, quam F,G,H.Ducam à puncto,F,ad H,rectam lineam,& à puncto,I,ad punctum L,& à puncto G, ad punctum H, & à puncto k,ad L,& Quoniam in triangulis,M,E,G,& M,E,k, angulus, E, M, G,minor est angulo E,M,k,nempe pars suo toto,& angulus igitur, M,G, E,erit maior,M,k,E,per 32.primi Euclidis. Et quoniam eam distantiam quam habet punctum,F,à puncto,B,habet,& punctum,H,à puncto, D, per constructionem,linea igitur,F,O,H,parallela est lineæ,B,E,D,pari ratione linea, I,P,L Parallela est lineæ,B,E,D,sed linea,B,E,D,secta est per constructionem ad angulos rectos à linea,A,C,per centrum transeunte,in puncto E, & lineæ igitur F,O,H,&,I,P, L,secabuntur ab eadem ad angulos rectos. Si linea quæ transit per centrum in circulo,secat lineas non per centrum ductas, ad angulos rectos, & bifariam ipsam secabit,per tertiã tertii Euclidis.linea igitur,F,O,æqualis erit lineæ,O,H,& linea,I,P,æqualis lineæ P,L. Trianguli ergo F, G, O, &, H,G, O, æquilateres erunt & æquianguli inter se;per quartam primi Euclidis. angulus igitur F,G,O,æqualis erit angulo,H,G,O. Parimodo & trianguli, I, P,K,&,I,k,P,æqua anguli erũt & æquilateres inter se per allegatam quartã. angulus ergo,I,k,P,æqualis erit angulo,L,k,P,sed ostensum est,angulum, F,G E,maiorem esse angulo,I,k,P,si dimidium maius est dimidio, & totum maius erit toto.per communem animi notionem,angulus igitur F, G,H, maior erit angulo I,K,L,Angulus ad angulum,est ut circunferentia ad circunferentiã, per ultimam sexti Euclidis igitur maior circunferentia complectitur ab angulo, F,G, H,in suo circulo,quàm ab angulo I,K,L,in suo,igitur circunferentia, I,k,L,maiorem rationem habet ad suam totam, quam,F,G,H, ad suã.& per consequẽs magis accedit ad semicirculum;& curuiòr est,F,G,H.Quod demostrandũ erat. non dissimili argumẽtatione,possumus de cæteris Parallelis probare, ac etiã de Meridianis.

Et Hæc sunt quæ dicenda mihi occurrunt in hæc Ptolemæi capita. Fateor quoq; me alias habere constructiones,& demostrationes, parum tamen ab istis diuersas,super, hæc Ptolemæi loca, quæ; omni petenti libentissime ostendentur à me.

CL. PTOLEMAEI

GEOGRAPHICAE ENARRATIONIS.

OCTAVUS LIBER HAEC HABET

Cũ qua præsuppositione facere oportet habitabilis nostræ diuisionẽ per tabulas
Quænam ad unamquamq; tabulam describere conueniat.
Expositio omnium descriptionum, quibus continentur, Europæ Tabulæ decem, regiones ciuitates centum & centũdecem & octo. Aphricæ tabulæ quatuor regiones duodecim, ciuitates quadraginta duæ. Asiæ magnæ tabulæ duodecim regiones quadraginta octo. Ciuitates centum & nonaginta, ita ut tabulæ orbis fiant 26. regiones 94. ciuitates 350.

CUM QUA PRAESUPPOSITIONE FACERE OPORTET HABITABILIS NOSTRAE diuisionem ad tabulas. Cap. I

Quæcunq; igitur ad enarrationem geographicam in mediũ adducere oportebat, tam ex frequentiori diligentia eorum, qui regiones nostras agnitas peragrarum, quàm ad faciliorem simul & magis peculiarem descriptionum aggressionem, sufficienter se habere arbitror. Nunc uero iuxta modum eorum qui ante nos fuerunt, tãquam summarie addendum erit, per quæ nam loca in designatione unusquisq;, qui notari debet parallelus seu meridianus scribendus sit, ne ridiculum fiat, si omnia simpliciter loca, ac ea quoque, quæ haudquaquam in expositos incidunt circulos, adiacentes habeant situs parallelorum, & meridianorum per ipsos descriptorum. Postquam competens quædam descriptio habitabilis totius facta est, ut in una comprehensa tabula, sub uisum nostrum cadat, consequens est, ut summarie, fiendas exponamus descriptiones, si generalem illam in plures diuidere uelimus tabulas, quo loca cuncta peragrata, cum lucidiori commensuratione ordinari queant. Etenim cum in uniuersa descriptione necessarium sit, quo rationes partium orbis inter se conseruẽtur, ut quędam propter frequentiam locorum ordinãdorum dilatentur, alia autem propter defectum inscribendorum contrahantur, quod pleriq; obmittentes multa quidem in tabulis ipsis peruertere coacti sunt, tam in mensuris regionũ, quàm figuris, tanquam haudquaquam ab historia recte deducti, quemadmodum

dum ij, qui maximam tabulæ partem Europæ attribuerunt, tam secundum longitudinem quàm latitudinem, propter frequentiam & uarietatem locorum imponendorum. Asiæ autem secundum lõgitudinem nimium reliquerunt spacium, Libyæ uero secundum latitudinem propter contrarium, etenim ob causam hanc, Indicum pelagus, post Taprobanem ad septentriones conuerterunt, cum ipsis tabula obstaret, quo minus ad solis ortum progredi possent, nihilq; tale haberent quod ex contrario super Scythia, Boreæ subiecta describere possent, rursusq; occidentalem oceanum ad ortum uerterunt. obstante eis tabula, ad distantiam meridianam, quum nihil ibi interioris Libyæ aut Indiæ, uastitas contineret, quod occidentali littori propter locorum frequentiam opponi posset. Quapropter tales, cum terram uniuersam oceano cingerent, à conscribendis erroribus incipere uisi sunt, historiamq; ad impossibilia detorserunt. Nos uero in diuisione tabulæ præfatũ errorem euitare poterimus, si diuisiones ita fecerimus, ut regiones frequentiores, aut solæ sint, aut cum paucis tabulam sortiantur, secundum maiores circulorum distantias, in frequentiores uero, & quæ non adeo multa intercipiunt totæ, cum pluribus similibus, sub una comprehendantur tabula, in minoribus circulorum distantijs. Haud enim necesse est, ut omnes tabulæ inuicem sint commensuratæ, sed solum ut in singulis inuicem conseruetur ratio, quemadmodum cum caput solum depingimus, solum quæ capitis sunt, aut quum manum solum, quę manus sunt solum. Non enim quę capitis sunt cum manu iungimus, nisi cum sub una figura totum facimus hominem. Quemadmodum enim nil impedit totum nõnunquam augere, nonnunquam uero minuere, ita nil impedimento erit, ex partibus, cum per se cõstant, quædam ob capacitatem supponendarum tabularum augere, quædam uero minuere. Nec multum à ueritate aberit, quemadmodum in principio compositionis præfati sumus, si lineas rectas, pro circulis incidentibus per partes tabularum inscribamus, lineas etiam meridianas haudquaquam inclinatas, sed & illas inuicem æquedistantes, quamuis enim uniuersi habitabilis, tã latitudinis, quam longitudinis termini, secundum magnas sumpti distantias præcipuas in extremis circulis faciant mutationes, non tamen ita in singulis accidit tabulis, ac ideo secundum rationem paralleli, qui bifariam incidit tabulam, ad circulum maximum, necessarium dicimus, ut quam plurimas faciamus parabolas, ne per totam distantiam tabulę, id quod indagamus, quærere cogamur, sed solum illud, quod ex ea à medio est ad alterum extremorum.

QVAENAM

QVAENAM PER SINGVLAS TABVLAS ASCRIBERE CONGRVAT.

Continet hæc Tabula Sardiniam,& Siciliam adiacentesq; Insulas,prout in nouis habetur descriptionibus. Sicilia à sicanis Hispaniæ populis dicta fuit. Trinacria etiam appellatur à scriptoribus à tribus eius promontorijs, quæ triãgularem figuram constituunt. Est omnibus notissima insula, notior autem erat apud Romanos,ob frumenti copiam,à quibus Horreũ appellabatur terminatur ab ortu Ionio mari:ab occasu Sardoo:à Meridie Libyco: à Septentrione Ligustico.Promontoria sunt Pelorus,qui italiam & septentrionem respicit C. del Faro hodie.Lylibeum Sardiniam,& Occidentem spectat, C. Boeo hodie.Pachynus orientem & Græciam aspicit,C.Passaro hodie.Hinc Lynceus conspiciebat naues egredientes,ut aiunt, à Carthaginis portu. Ciuitates in ea insignes sunt:Panormus,Palermo hodie:Messana & Zanglea olim, Messina hodie: Catana,Catania hodie: Syracusa sic hodie. Circuit tota miliaria 700. Gibel mõs,siue Ethna ab ignis uomitione notus est omnibus. Sinus,fluuij,ciuitates Episcopales,Archiepiscopales,comitatus,Ducatus,Marchionatus,Resque memorabiles quàm plurimæ insunt,uti uidere est in Historia huius insulæ præterito anno typis data.

De Sardinia.

Sardiniam insulam sic uocatã esse fertur à Sardo Herculis filio ,qui eam occupauit,& habitauit.termini huius insulæ sunt ab ortu Siculũ mare , ab occasu Thyrrenum,à Meridie Libycum,à septentrione Corsicum.hæc ferax est Bobum, Equorum,Frumenti,Hordei,reliquarumq; rerum uictui necessariarum.insulari parum agricultura utuntur , sed uenatione. Aer,ut aiunt,malè affectus est.quæ de cã insula habitatoribus eget. Ciuitates, sinus,& fluuios conspicies in tabula.

De reliquis Insulis.

Inter Aphricam,& Siciliam est Melita,Malta hodie , habitata ab Equitib. Hyerosolimitanis.Inter Siciliam,et Sardiniam plures cõtinentur insulæ,ut Phænicodes Phænicusa hodie,Didyme Saline nunc,Hicesia Panaria uulgò:Ericodes Alicur hodie,& aliæ.inter Sardiniam,& Aphricam,& Sardiniam, & Corsicã plurimę,quorum nomina in tabula requires,insunt.

TAVOLA NVOVA DI SARDIGNA ET DI SICILIA.

MARE MEDITERRANEO

MARE AFRICANO

SARDIGNA

Corsica. Figo. C. Loco Sardo. Castel Rabone. Terranova. S. Reparata. Tolata. Asinaia. Capo Lugudori. Sasser. Porto Torre. Valentino. Forculi. Mvflo. Osuli. Saffari. Falcone. Alegiroa. Possa. S. Teramo. Algeri. S. Lucia. C. della Cassa. Bossa. Macomer. Galea. Saline. Casara. Valerio. Ogliastro. Oristagna. Chira. Civita di Chiese. Capo Cagliari. Saline. Cagliari. C. Ferrato. Malterana. Isola di S. Pietro. Palma di Sole. C. Pula. Coltellaccio. Serpentara. Roto. Rossa.

SICILIA

Tropia. Parte Suero di Bagnara. Capo di Volpe. Italia. Capo Baticano. Stromboli. Panaria. Volcanello. Lipari. C. Smartella. Volcano. Saline. Alicudi. Melazzo. C. di Faro. Catona. Messina. Reggio. Pati. Mongibello. Felicudi. S. Marco. Cartagirona. Licore. Calota. Chiazza. Saline. Castrolane. Catania. Cefalu. Bosco. Termine. Calazibeta. Colobara. S. Giorgio. Solanto. Chimera. Belizi. Nicosia. Agosta. Amiragnas. Palermo. Trapani. Monreale. Mirosa. Mangeri. Levenza. Maretima. Saline. Marsara. Petraglia. Saragosa. Favignana. Batif. Salso. Veterano. Selva di Sogheri. Scodron. Grigenti. Licata. Terranova. Benduari. Capo Passero. Pogalo.

PARTE DI BARBERIA

Semolo. Pantolatea. Goletta. C. Bom. Goggio. Malta. Binosa. Quippia. Piper. Biserta. Mahometa. Tunesi. Lampedola. Tabarca. Scola.

OCTAVA EVROPÆ TABVLA,

SArmatiam europeam continet hæc octaua tabula, et est in ea Taurica Chersonesus. Parallelus ipsius medius proportionē habet ad meridianum quam, 11, ad, 20. Terminatur autem tabula ipsa ab Oriente Bosphoro Cimmerico, & Mæotide palude, ac Tanai fluuio, iuxta Sarmatiam Asianam: à Meridie Pontico mari, & parte Mysiæ inferioris, & Dacia, ac Iazygibus Metanastis: Ab occasu montibus Sarmatiæ, ac Germania, & Vistula fluuio: A Septentrione Venedico sinu, & Sarmatico oceano, ac terra incognita.

			Dies Maximus		Distans ab Alexandria ad occasum	
			H.	m.	H.	m.
Ciuitates insignes.	Sarmatiæ	Tamyraca	16	0	1	4
		Naubarum	16	16	1	8
		Olbia Boryst.	16	0	1	12
	Tauricæ	Theodosia	15	50	1	15
		Panticapæa	15	52	1	15

PRVSSIÆ, LIVONIÆ, ET Lituaniæ noua Tabula,

Quintadecima additarum, & 24. in ordine.

HAbet hæc Prussiam, Lituaniam, & Liuoniam. Prussia quæ et Borussia dicitur, regio est amenissima, et Ducale dominiũ est. In ea plurima Animalium genera reperiuntur, ob agrorum feracitatem. Etsi hæc regio apud antiquos incognita fuit, & credita inhabitata, aut a Barbaris hominibus culta; hodie tamen ab hominibus moribus præditis, habitatur. in ea sunt docti uiri, fueruntque. Hæc à Nicolao Copernico Mathematicorum suæ tempestatis facilè principe, & ab Erasmo Reinholdo Mathematico eximio illustrissima redditur. Regia ciuitas est Mons regius konigsperg ab incolis dicitur. In maris littore maximam hi legunt Electri quantitatem.

De Lituania, & Liuonia.

Lituania, & Liuonia, regiones cum Polonia coniunguntur, atque cum Prussia. hæ ita paludosæ existunt in æstiuo tempore, ut Mercatoribus & Peregrinis nullus sit aditus. in Hyberno autem tempore ob frigoris malignitatem, Paludes glaciatæ redduntur; ob id peruiæ mercatoribus & alijs fiũt, qui Pelles optimas, & magni precij, Mel, & Ceram, aliasque res emendi causa pergunt. Tam hæ, quam Prussia abundant Mele, Cera, Pecoribus, Equis agrestibus, & Bobus. Lituniæ regia ciuitas est Nouigrodum. Liuonię sunt, Riga, Rig uulgo: Reuela Reuel uulgo: Der, & Narff. Prussia & Lituania terminatur à Liuonia ab ortu Vore flu. & Nemoribus Lituaniæ: ab occidente Vistula flu. a Meridie Russiæ, & Poloniæ montibus: à septentrione Liuono mari. Hę regiones in Tabula Sarmatiæ Europeæ ab antiquis numerabantur nunc partim in Germaniam, partimque in Poloniam.

TAVOLA NVOVA DI PRVSSIA ET DI LIVONIA.

MARE GOTHICO.
ISOLA DI GOTLAND.
Hoborg.
MARE DI LIVONIA.
Nergen.
Vlsen.
Borcolon.
LIVONIA SETTENTRIONALE.
Rinalia.
Fegesit.
Pades.
Lede.
Menme.
Stegnefur.
Hapsalia.
Vierbich.
Leal.
Ouerpe.
Villis.
Raui.
Suno.
OSSILIA.
SCHLOLE.
Vick.
Preno.
Dabarto.
Trena.
Tekre.
Vore f.
Runa.
ESTHIA.
Lucerot.
Emsel.
Nuberga.
Debil.
Menel.
Rigen.
Riga.
LIVONIA.
Treide.
Hel.
Menel.
Olma.
Sakhen.
Labi.
Vintborgo.
Tokhem.
Gedano.
Grebn.
Varna.
Adorbem.
Sabel.
Dala.
Cronen.
Elbingen.
Tabia.
Durkenn.
Velmar.
POMERANIA.
PRVSSIA.
Tanrach.
CVRETI.
Segefelt.
Marimborg.
Ragnet.
Toren.
Nuborgo.
Vxkil.
Hilsperga.
Alenstrez.
Magrot.
Rers.
Sommel.
Riueborgo.
Strasborgo.
Hushen.
Hele.
Regnia.
Caum.
Landa.
Teomin.
Colmen.
SEMBRIA.
Seguenge.
Smilte.
Krisborgo.
Vistula f.
Krenhsen.
Depena f.
SAMOGETHIA.
Vil f.
Slaha.
Elatesłauia.
Vilna.
Vosmen.
Burg f.
Ereconona.
Caua.
Selemborgo.
Plocenza.
Cosnobe.
Drauania.
Ciners.
Lancizza.
MASSOVIA DVC.
Duneborgo.
Selua Hercinia.
RVSSIA NERA.
Mischegraet.
Varen.
LITVANIA.
Teon.
Plontro.
Breoch.
Lonza.
Versonia.
Rafren.

DANIÆ, SCHOLANDIÆ, NORuegiæ, Sueuiæ, & Filandiæ noua Tabula,

Sextadecima additarum, & 25. in ordine.

HAEC Regio parum ab antiquis cognoscebatur, propterea quod extenditur in tabula usque ad 72. gradus latitudinis. antiquorum autem cognitio terminabatur ad altitudinem poli 63, grad. ijs tamen notum erat ibi esse terram, sed ignota eorum ætati permansit: imo eam inhabitatam, aut à rusticis hominibus & beluas imitantibus habitari existimarunt. Hæc igitur Tabula continet Daniam, Scholandiam, Noruegiam, Sueciam, Filandiam, aliasque septentrionales regiones, quæ quidem omnes sub Scholandiæ nomine habētur. Land apud huius regionis populos significat id, quod terra apud nos. Scholandia significat Amoenam terram. sic autem uocatam esse ferunt ob fertilitatē eius, & portuum cōmoditatem; quoniam in ea optima Pabula ad Equos, Boues, Pecora, aliaq; animalia alenda conspiciuntur. extant etiam Piscationes, Venationesque ingentes, & omnium Metallorum fodinæ. Noruegia sonat Septentrionalem uiam. Gothia sonat bonum, & Gotlandia bonam terram: hæc plurimas habet urbes insignes, quales sunt Liacopia, Malmogia, Sudercopia, Calmar. partitur hæc prouincia in Gothiam, Ostrogothiam, & Vestrogothiam. Suetia est regio ditissima auri, argenti, aliorumque metallorum. Ciuitas regia eius est Stockholm. Finlandia significat pulchram terram. Grolandia sonat Virentem terram. Islanda interpretatur glacialem terram. est Dania sic dicta à Dano rege. extat Cimbrica peninsula, Fionem, Selandia, Lalanth, & Faster insulæ. Ab Hinc Gothi, & alij populi, qui Italiam, reliquasque Europæ partes desolarunt, ortum habuerunt. Scripserunt huius regionis historiam Ioannes, & Olaus magnus fratres Gothi. Maiores dies sub extremis, & medio parallelo. huius tabulæ, Mores. habitus, & cætera, in sequenti explicabuntur.

SCHONLADIA NVOVA

G 360 5 10 15 20 25 30 35 40 45 50 55 60 65 70 75 80 85 G

72 71 70 69 68 67 66 65 64 63 62 61 60 59 58 57 56 55

Parallelus 30.
Parall. 29.
Parall. 25.
Circul Artic
Parall. 22.
Parall. 20.

Oceanus Hyper boricus.
Scalholdin.
Holensis.
Boreum.
MARE CONGELATVM.
Holen.
THYLE.
Skalholten.
Choas pro.
Stappen.
Rodesholm.
Vuartus.
Matkur.
Angermania duc.
Midelpathia.
copdalia.
Vestralia duc.
Oplandia.
Lagen.
HElsingia. selen.
Dalekarlius.
chimen.
Sinus Finonicus et sueticus
Cotsholm.
Nerpia.
Oragrucclia.
Alandia.
Cusla
Tanastia.
Nonum Castru.
Abo.
Rasburg.
Viburg.
Honouiz.
Vnagh.
Rodhelle.
Rollen.
Skongen.
Saxyian.
Vastral.
Londengia.
Varo.
Salten.
Redhoo
Nidrosia.
Nas.
Brynnia
Orcades.
Mendelhus.
Gesle.
Vpsalia.
Hetland.
Fosen.
Byrsen.
Farensis.
Bergis Mos.
S. Brigid.
Scane pro.
Stfanger.
Asloia.
Alocie.
Oxilia.
Mare Baltium.
MOSCOVIA.
Sudercopia.
Gotlondia.
Steckholm.
Saltzburg.
Vuibura
HIBERNIÆ PARS.
SCOTIA.
ANGLIÆ PARS.
Ripen.
Luthia
Coppnhagen.
Selano.
Rongelle.
Cannar.
Elandia.
Malmogia.
Helsenburg.
Saxons.
Cimbria.
Fynon.
Slesuig.
Aræ Alexandri.
Aræ Cesaris.
Rhasca
Volga
Vendeci mons.

G 360 5 10 15 20 25 30 35 40 45 50 55 60 65 70 75 80 85 G

TABVLA XVII. ADDITARVM, & xxvi secundum seriem numerorum. Continetq; septentrionales partes.

ETSI præcedens tabula longè ab ista differre uidetur, cum etiam easdem ferè partes contineat; hæc tamen apposita est, ut magis uetustioribus recentioribusq; nauigationibus, & itineribus consona. Est enim hæc tabula extracta ab Hydrographica, siue marina Carta, patritiorum Venetorum fratrum Nicolai, & Antonij Geni. Qui anno. 1380. ab horrida tempestate, cum una eorum Nauium, per omnes fere partes huius tabulæ ducti fuerunt, naufragiumque fecerunt post aliquos dies in insula Frislanda. In qua, à Domino illius qui Zichmnus dicebatur capti, tanquam nautæ, in multorum nauigiorum Classe immissi fuerunt. Sed quia multum in nautica arte ualebant, & ab imminentibus tempestatibus classis ab eis liberata fuit, eos præfectos aliæ nouæ classi creauit; Cum qua omnes huius tabulæ partes nauigarunt, & diligentissimè descripserunt & nondum inuentas insulas inuenerunt; uti uidere est in commentariolis rerum Persarum, harumque partium inuentionis, qui lingua Italica typis dati sunt a Clariss. Nicolao Geno, eorum atnepos. Hæc etiam tabula à recentioribus nauigationibus ad unguem confirmatur, ut ab epistolis, & maritimis Cartis à diuersis partibus supra citato uiro missis habetur.

Parallelus Medius huius tabulæ, ea habet ad æquatorem rationem, quã. 3. ad 8, ferè: nempe, subdupla superbipartienstertias. distatque ab eo, per gradus. 68

Maior dies est dierum, 41. Horarumq;. 14

Maior nox dierum est 39, horarumúe. 2.

Vni gradui huius paralleli, respondent 22. miliaria Italica cum dimidio.

Parallelus huius tabulæ Borealissimus, distat ab æquatore, per grad. 76, minorem obtinet rationem ad maiorem circulum, quam, 1, ad, 4, siue minor est quam subsesquiquarta.

Maior dies est dierum, 109, horarumq;, 16,

Maior nox, est dierum, 103, & horarum, 19,

Respondent uni gradui huius paralleli miliaria Italica, 14, ferè.

Australissimus huius tabulæ parallelus, distat ab æquatore per gradus, 60, eius proportio ad maiorem circulum est ut, 1, ad, 2, siue subdupla.

Maior dies est horarum, 18, & m. 30,

Maior nox est horarum, 18, & m, 30.

Respondent uni gradui huius paralleli miliaria Italica, 30.

Religio, Mores, Domus, Cibus, Exercitia, & alia horum populorum.

Religio à populis huius partis (ut obseruauimus in supracitatis commentariolis) colitur Christiana. Eorum uerò mores rudes sunt. Gens est indomita, & ut plurimum in uenationibus, & piscationibus exercentur. Bellicosi enim sunt, & magnæ staturæ; uescuntur ut plurimum piscibus, quorum apud eos, maxima est copia, & quamuis pluribus in locis mare glacie obduretur; hi tamen ingeniose glaciem frangunt; maximumque piscium numerum capiunt. Ex ossibus corioque piscium Domus faciunt. Præterea à carnibus piscium maximam emungunt Olei quantitatem quo utuntur licnijs, pro lumine cōficiendo, dum continuam habent noctem. Ossa uero quæ inutilia sunt igni immittunt, pro domesticis commoditatibus. Caro piscium frigore indurāta, conuertitur ab eis in puluerem, ex qua & butiro panem conficiunt. reliquum carnis, & minimè eis necessarium, mercatoribus uendunt, afferentibus illis res commodas domestico usui eorum.

NONA EVROPÆ TABVLA.

NONA Europæ Tabula continet Iaziges Metanastas, Daciam, utranque Mysiam Thraciam, & Chersonesum. Parallelus ipsius medius proportionem habet ad meridianũ quam, 43. ad 60. Terminatur autem tabula ipsa ab oriente Pontico mari, & Thracio Bosphoro atque Propontide, & Hellesponto. à Meridie Aegeo pelago, & Macedonia, ab occasu Pannonia inferiori atque Dalmatia, à Septentrione Sarmatia europea.

			Maximus dies		Distans ab Alexandria ad occasum.	
			Hor.	m.	Hor.	m.
Ciuitates Insignes	Iazigum	Gormanum	16	0	1	6
	Daciæ	Salinæ	15	50	1	40
		Zarmi Zegetusa	15	30	1	ferè
	Mysiæ superioris	Rhetiaria	15	15	0	45
		Scupi	15	30	0	50
	Mysiæ inferioris	Odessus	15	30	0	10
		Oescus	15	20	0	40
	Thraciæ	Aenos	15	6	0	30
		Apollonia	15	20	0	20
		Bizantium	15	15	0	26
		Perinthus	15	10	0	20
		Nicopolis	15	12	0	36
		Lysimachia	15	6	0	26
		Præconesus	15	8	0	18
	Chersonesus	Elæus	15	8	0	26
		Sestus	15	8	0	20

EVROPÆ TABVLA IX

Carpatus mons
Gormanum.
Rhuconium.
IAZYGES METANASTÆ
Carpis.
Candanum.
Vlpianum.
Pessium.
PANNONIA SVPERIOR.
Danubius fl.
Daros fl.
Saus fl.
Zarmizegethusa regia.
Tiriscum.
Triconium.
ILLYRIDIS PARS.
Salinæ.
Augusta prætoria.
Comidana.
Zusidana.
DACIA.
Amutrium.
Oescus.
Tricornesij.
MYSIA SVPERIOR
Picensij.
Drinus fl.
Margus fl.
Dardani.
Rhetiaria.
Misi.
Vlpianum.
Nessus.
Triballi.
Diacum.
Patridana.
Arpij.
Dimensij.
Tensij.
Hierasus fl.
Brittolagæ.
Cnibitij.
Thiagola palus.
Piarensij.
Paloda.
Peucini.
Peuca.
Troglodytæ.
Istropolis.
Axium.
Dionysopolis.
Tirista.
MYSIA INFERIOR
Panysus fl.
Odyssus.
Mesembria.
Apollonia.
Bizya.
Bathynias fl.
Nicopolis.
Aemus mons.
Rhodope mons.
Hadrianopolis.
Nessus fl.
Bistonius lacus.
Maronia.
Hebrus fl.
Niger fl.
Ænos.
CÆNICA.
Artiscus fl.
Selymbria.
Perinthus.
Proconesus.
Pactya.
Byzantiu.
Bosphorus Thracius.
Phinopolis.
Cyaneæ insulæ.
Thiniæ pro.
Tiristris pro.
Pterum pro.
MARE PONTICVM SIVE PONTVS EVXINVS.
Tyras.
Tyras fl.
Axiacus fl.
Borysthenes fl.
Achillis insula.
Borysthenis insula.
Diaboristhenem.
Parall. 14
Per Byzantium.
PONTI, ET BITHYNIÆ PARS.
Ilium.
Abydus.
Hellespontus.
Gallipolis.
Chersonesus.
Sestos.
Troas.
ASIA MINOR.
Tenedos.
Mitilene.
Lesbos.
MARE ÆGÆVM
Lemnos.
Imbros.
Samothrace.
Thalassia.
Athos mons.
Pantalia.
Besica.
Medica.
Drosica.
MACEDONIÆ PARS.
Axius fl.
Orbelus mons.
Scardus mons.
Drilon fl.
MACEDONIÆ PARS.
Narbon fl.
DALMATIA.
Issa.
Tragurium.
Pharia.
Corcyra.
Melitina.
SINVS HADRIATICI PARS

G 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 G
49 48 47 46 45 44 43 42 41 40

POLONIÆ, ET VNGARIÆ Noua Tabula,

Decimaoctaua additarum, & 28 in ordine.

FVit olim Polonia adnumerata in Sarmatiæ Tabula: at nūc regio per se existit maxima, & ditissima sub proprio rege: totaque ut plurimum plana, ob idq; paludosa est. Ciuitas regia est Cracouia, per quam fluit Vistula fluuius celebris. Diues est Salis, Plumbi, Mellis, ceræ, Bobum, Equorum, ferax frumenti: caret oleo, & Vino. Loco uini epotant Ceruisiā ex speciebus, lupulorum seminibus, Tritico, uel ordeo, & aqua confectam. Adnumeratur in ea Podolia, pars Russiæ rubræ, & Massouia, uti uidere est in tabula.

De Vngaria.

Vngaria ea regio est, quæ apud Ptolemæum, & reliquos Geographos appellabatur Pannonia inferior. post uerò Vnnorum aduentus ab eorum nomine & populatione fuit Vngaria nuncupata. estque sub imperio Ferdinandi Imperatoris hodie. In hac descriptione præter has adest Transiluania, quæ est Dacia antiquorum: Valachia Mysia inferior ab antiquis dicta. Flacia, Bulgaria, & Seruia numeratæ sunt ab his sub Mysia superiore. Terminātur hæ prouinciæ ab ortu Alt fluuio: ab occasu Vag fluuio: à Meridie Danubio flu: à septentrione montibus latronum. Ciuitates insignes harū regionum sunt Buda, Agria, Cassouia, Nitria, Bacia, Strigonia, Debrezn, Alba iulia, Chinum, Gaspurg, Colosuar, & Ardein. Fluuii sunt, Gram, & Tissa. abundant omnibus rebus esui necessarijs, & metallorum odinis.

nomine

DECIMA ET VLTIMA EVROpæ Tabula.

VLtima Europæ Tabula continet Macedoniam, Epirũ, Achaiam, & Peloponnesum, Insulasque Cretam, & Eubœam, cũ reliquis adiacentibus insulis. Parallelus eius medius rationẽ habet ad meridianum quam septem ad nouem. Terminatur Tabula ipsa ab oriente AEgeo pelago, Myrthooque, & Carpathio: a meridie Hadriatico pelago, & Libyco: ab occasu, Ionio pelago, & Hadriatico, à septentrione Dalmatia, Thracia, & Mysia superiori.

			Maximus dies		Distans ab Alexãdria ad occasum	
			H.	m.	H.	m.
Ciuitates insignes	Macedoniæ	Dyrrachium	15	0	1	0
		Thessalonica	14	56	0	40
		Amphipolia	15	6	0	40
		Heraclea	15	0	0	50
		Aedessa	14	56	0	45
		Pella	14	56	0	40
		Larissa	14	50	0	40
		Casandria	14	56	0	38
		Lẽnos Insula	15	0	0	32
	Epiri.	Nicopolis	14	38	0	48
		Ambracia	14	38	0	47
		Corcyra insula	14	36	0	56
		Cephalenia ĩsula	14	36	0	50
	Achaiæ	Thebæ Bæotiæ	14	38	0	30
		Megara	14	38	0	34
		Athenæ	14	36	0	30
	Peloponnesi	Messena	14	26	0	40
		Corinthus	14	36	0	38
		Tegea	14	30	0	40
		Argos	14	30	0	38
		Lacedæmon	14	26	0	40
	Eubœæ	Chalcis	14	39	0	26
		Carystus	14	39	0	24
	Cretæ	Gortyna	14	20	0	[illegible]
		Cnosus	14	29	0	[illegible]

GRÆCIÆ NOVA TABVLA,

Decimanona additarum, & 30 in ordine.

Græcia olim nobilissima regio fuit, summumque Imperium habuit: nunc autem ignobilior, Incultior & Inciuilior omnibus Europæ prouincijs existit. &, quemadmodum Græci omnes alias nationes barbaras uocabant; nunc eos omnes Europæ Populi barbarissimos appellant. hæc regio, ita ab ea, quæ antiquis temporibus erat, mutata existit, ut uix Vestigiũ agnoscatur illius. sic est omnium rerum uicissitudo. Tota nunc est sub Turcarum Imperio. Macedonia antiquorum est etiam Turcica Macedonia, Albaniaque & Dirrachium ciuitas hodie Durazzo dicitur. in qua Albaniæ populi habitant, Albanesi dicti, bellicosi & leuis armaturæ Equites optimi, ob maximam in pugnando celeritatem. Quã antiqui Epirũ Vocabant, hodie Butrintũ dicunt. Corcyrus Insula Corfù dicitur hodie, & sub Dominio Veneto existit: Eubœa Insula Negroponte hodie: Peloponnesus Morea hodie dicitur. Creta quæ & Candia nuncupatur, hodie est etiam sub dominio Veneto. Aegeus Pelagus nunc Arcipelagus dicitur. Byzantium Constantinopolis nunc uocatur. Cicladum Insulæ dicũtur hodie Insulæ Arcipelagi. Quam antiqui Thraciam uocarunt, hodie dicunt Romaniam. Quæ ab antiquis Casandria dicebatur ciuitas illustris, Caristus uocatur hodie. Fluuiorum, montium, oppidorum, & reliquarum illustrium rerum nomina, quæ apud antiquos erant, mutata sunt omnia: imo ciuitates omnes ad nihilum redactæ sunt. Populi huius regionis adhuc lingua loquuntur græca, estque longè ab antiqua dissimilis, non ita tamen ut Italica à latina. Ciuitas principalis & maxima hodie est Bizantium, estque regium Turcarum Imperatoris Solium. Terminatur ab ortu Aegeo Pelago; ab Occasu Hadriatico, & Ionio mari: à Meridie Libyco: à Septentrione montibus Argentatis, & Cunnizæ. Inter Arcipelagi Insulas Ciclades Cytherea, Corigo hodie, & Epla Cicerigo nunc sub imperio sunt Venetorum. reliqua conspicies in Tabula.

APHRICÆ PRIMA TABVLA

Prima Aphricæ tabula continet ambas Mauritanias, Tringitanam, & Cæsarienſem. Parallelus eius medius rationem habet ad meridianum quam 13, ad, 15. Terminatur autem tabula ipſa ab oriente Aphrica: à meridie interiori Libya, iuxta Getuliam: ab Occaſu Occidentali Oceano, & a ſeptentrione Freto Herculeo, & Iberico pelago, atque Sardoo.

			Maximus dies		Diſtans ab Alexandria ad occaſum.	
			Hor.	m.	Hor.	m.
Ciuitates Inſignes	Mauritaniæ Tingitanæ	Tingis	14	30	3	36
		Lixa	14	20	3	36
		Volubilis	14	15	3	30
		Zilia	14	26	3	36
	Cæſarienſis	Cartena	14	26	3	0
		Iulia Cæſar	14	15	2	56
		Saldæ	14	10	2	34
		Opidum nouum	14	15	3	ferè
		Zuchabari	14	15	2	50
		Tubuſuptus	14	6	2	30

TABVLA APHRICÆ I.

MAVRITANIÆ NOVA Tabula,

Vigesima additarum & 32 in ordine.

APhrica secunda orbis pars maior Europa, minorq; Asia existit. Olim regio fuit, ob maximum Carthaginensium & Aegyptiorum Imperium floridissima, sed nunc ad nihilum est redacta. postea cum cepit Maumethi secta, ita aucta est, quòd omnes finitimas regiones, imo totū ferè orbem sub imperio suo subiecit. Post uerò Turcarū imperiū iterum declinauit. Inter Aegyptios artes omnes inuentæ sunt, & auctæ: deinde Græciam ingressi sunt, & Italiam, at post Gothorum & Longobardorum aduentum iterum aphricam petiuerunt, uti testantur Auicennæ, Auerrois, Albategni, Rasis, Haly, aliorumq; Arabum doctorum opera: nunc uerò, ut ferunt, omnium scientiarum, artiumque liberalium sunt ignari: talis est rerum mutatio. Diuiditur Aphrica secūdum antiquos Geographos in quatuor Tabulas: in prima, quæ est hæc, continetur Mauritania, quæ duplex est: Tingitana nempè, & Cęsariensis. In Mauritania Tingitana duo hodie considunt regna: Fessæ, scilicet & Marocchi. Ciuitas regia regni Fessę Fessa dicitur: & Marocchi etiam Marocchо. hæc regna post Maumethi partes originem habuerunt, ad summumque deuenerunt imperium, quod hodie labescit. Tam Fessæ, quàm Marocchi regnum plures continet regiones: cuiusmodi sunt Hea, Sus, Guzura, & reliquæ. extenduntur regna ipsa ad Oceanum occidentale, sub quibus comprehenduntur Canariæ, seu Fortunatæ Insulæ sub dominio Regis Hispanię. Mauritania Cęsariensis dicitur hodie regnum Tremisene, siue Telesin, in quo plures etiam adnumerantur regiones: ut sunt Tenez, Elezain, & reliquę. hoc usque ad Mare mediterraneum se extendit. meridiem uersus plurima sunt regna: ut sunt Guineæ, Senega, Iaioso, Gambræ, & alia: quorum populi Maumethi sequuntur dogmata. Inter harum regionum populos maxima adest superstitio, & more uiuunt beluarū. Pauperes sunt ut plurimum, maximè a ciuilitate distant, & omnibus uanitatibus credunt. In hac Tabula aliqua extant loca, quę antiquis ignota erant.

MAVRITANIA NVOVA TAVOLA.

SECVNDA APHRICÆ TABVLA.

SEcunda Aphricæ Tabula continet Aphricam minorem & insulas, quæ circa ipsam sunt. Parallelus eius medius rationē habet ad meridianum quam 13. ad. 15. Terminatur autem tabula ipsa ab oriente Cyrenaica: à Meridie Interiori Libya iuxta Getuliam & Eremum: ab occasu Mauritania Cæsariensi à septentrione pelago Afro.

		Dies Maximus		Distans ab Alexandria uersus occasum	
		H.	m.	H.	m.
Ciuitates insignes, minoris Aphricæ.	Tabraca	14	12	2	ferè
	Itycæ	14	15	1	50
	Carthago	14	14	1	40
	Adrumentum	14	15	1	30
	Magna Leptis	14	8	1	6
	Cirta Iulia	14	6	2	15
	Sica Veneria	14	0	2	0
	Bullaria	14	6	2	ferè
	Vthina	14	6	1	42
	Thysdrus	14	12	1	30
	Mininx insula	14	6	1	20
	Coßira insula	14	20	1	30
	Melite insula	14	20	1	20

APHRICÆ MINORIS noua Tabula,

Vigesimaprima additarum, & 34. in ordine.

Continetur in hac tabula Aphrica, quæ & Barbaria dicitur hodie: in qua sunt regna Thuneti siue Thunesis & Constantinæ sub Thuneti rege. annumerantur etiam aliæ quamplurimæ prouinciæ: ut Trypolis, Bugia, & Ezzab. Regnum Thuneti captũ fuit à Carolo Quinto Imperatore, et restitutũ regi. Africa ciuitas ẽt desolata fuit à Classe eiusdẽ Imperatoris ac etiam Tripolis. Golletta, sinus, & Arx inespugnabilis sub imperio hispaniæ regis existit. Numerantur in hac insulæ multę, ut Melita, Lompadusa nulli subdita, & Ferarum habitaculum. Zerbi hodie Lotophagites olim, in qua Classis hispanica à Turcis præterito anno Capta fuit. Tota hæc regio sterilis existit ob Numidiæ, aliarumque partium deserta. Habitatores sunt Maumethani rudes, fures inepti, proditores, & Pauperes. Vescuntur dactilis, hordeo, Oleo, & melle. Ibi erat Carthago, altera Roma olim. hodie uix eius uestigia apparẽt. Mediterranea loca ciuitatibus carent, & habitata sunt ab Arabibus hominibus uagis, qui Tugurijs portatilibus teguntur. huius regionis, imo totius Aphricæ pars, quæ mediterraneum mare aspicit ferax, & in aliquibus partibus feracissima existit.

TERTIA APHRICÆ TABVLA.

AEgyptum Marmaricam, & Cyrenaicam continet hæc tertia Aphricæ tabula, cum adiacentibus insulis. Parallelus eius medius rationem habet ad meridianũ quam, 53, ad 60. Terminatur tabula ipsa ab Ortu Iudæa, Arabia Petrea, Sinu Arabico: A meridie Interioris Libyæ deserto, & Aethiopia quæ sub Aegypto est: Ab occasu Aphrica & magna Sirte et parte interioris Libyæ: A Septentrione Libyco Pelago & Aegyptio.

			Maximus dies		Distans ab Alexandria ad occasum	
			Hor.	m.	Hor.	m.
Ciuitates insignes	Cyrenaicæ	Bereniceie	14	5	0	50
		Arsinoe	14	5	occasũ 0	45
		Ptolemais	14	5	occasũ 0	40
		Apollonia	14	5	occasũ 0	30
		Cyrene	14	5	occasũ 0	35
	Marmaricæ	Magna Cherson	14	5	occasũ 0	28
	Libyæ	Paretonium	14	5	occasũ 0	15
		Alexandria	10	0	occasũ 0	0
		Pelusium	14	5	Ortum 0	12
		Memphis	13	55	Ortum 0	8
	Thebaidis	Ptolem. Hermei	13	45	Ortum 0	8
		Magna Diopolis	13	40	Ortum 0	8
		Syene	13	30	Ortum 0	8
		Ammon	13	50	occasum	20
		Magna Oasis	13	45	Occasum parũ	
		Mysormus	13	45	Ortum 0	15
		Berenice	13	30	Ortum 0	15

Alexandria distat à meridiano Fortunatarũ Insularum uersus ortum solis quatuor horis.

TABVLA AFRICAE III.

PELAGVS ÆGIPTIACVM.

LIBYCVM SEV PVNICVM MARE

Myrmex. Phic. Laa. Aedonis. Letha. Tindarij. Didime. Pharos.

Sirtis Megna. Berenice. Boreum pro. Herculi Turris. Barcitæ. Cyrene. Automalax.

Hesperi Paliur. Ataraunceies. Asbetæ.

Bascisi mõtes. Apotomitæ. Bassachitæ. Augylę.

Asiphus mons. Hammoniaca regio. Zygritæ. Buzes.

Ogdamus mons. Ogdemij. Adyrmachitæ. Prosodite. Mastitæ. Nitriotæ. Solis Fons. Oasitæ.

Ziges Marcot. Gomare. Mœridis lac. Memphis. Arsinœ. Babylon. Alexandria.

ARABIAE PETRAE PARS. ARABICVS SINVS. Arsinoe. Clysma. Alabastren. Lespirene.

Per Alexá.

Herculis mõs. Barenæ. Macatutæ. Laganicorũ. Specus. Becolicus mons. Velpi montes.

AFRICÆ MINORIS PARS.

Mamorum ciuitas. Anagombri. Anogobri mõs. Tinodes mõs. Ruaditæ. Libyæ gyptij.

Cleartis palus. Tapanitæ. MARMARICA. Obilæ. Semites. Lobachi. Aezari. Licomedis palus. Azar mõs. Tropicus Cancri.

Libyci montes. ÆGIPTVS. Ptolemais. Nilus fl. Porphirites. Coptos. Mechilla. THEBÆ. Lepte pro. Syene. Berenice. Pentadactilus mons.

DIAMOS REGIO. ABROCHOS REGIO.

ARABES ADÆI. Bagin prom.

LIBYA INTERIOR. AETHIOPIA SVB ÆGIPTO.

G 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 G

MARMARICÆ NOVA TABVLA

Vigesimasecunda additarum, & 36 in ordine.

HAEc continet Marmaricam, quam in aliquibus locis inhabitam hodie ob Ingentia Barchæ, & Nubyæ deserta esse ferũt. diuiditur in Regnum Borno, Nubyæ, Gaogo, Guangara, & alia. unumquodq; Regnum unam tantummodo habet ciuitatem, à rege & eius familia, & aliquibus mercatoribus habitatam. Reliqua pars regni à rusticis hominibus, à beluis in sola corporis figura dissimilibus habitatur. Oĩa eis cõia sunt præter Cicurata animalia, ut Boues, Camæli, Pecora, & alia. nudum gestant corpus, præter pudẽda, quæ pelle tegunt. nullam habent in Dijs fidem, nullam legem inter eos. Religio nõ adest, Mulierem in Vxorem non ducunt, neque filios agnoscunt: rusticis uescuntur cibis. ij pro maiori parte sunt nigri. In tugurijs incolunt ex lignis & argilla confectis. In Nubyæ Regno ob Egyptiorum uicinitatem, aliqua adest ciuilitas, & humanitas. Reges horum, omnes fures sunt, et non solum bona, sed etiam homines abripiunt. Regnum Nubyæ diues est frumenti, ob Nili inundationem: Ligni aloes, Zubeti, Eboris, ob Elephantium copiam. & Reges non per successionẽ, sed ui, ut plurimũ fiunt. In mediterraneis & montanis locis sunt homines nullum agnoscentem Dominum. neq; sibi ipsi subditi libertate fruuntur. diuesque sunt auri. Sal apud eos in maximo est pretio.

AEGYPTI NOVA TABVLA

Vigesimatertia additarum, & 37. in ordine.

Continetur in hac tabula regio Aegyptiaca famosissima, Scientiarum & artium inuentrix: quæ tota à Nilo abluitur. ob id & animalium, seminum, & frugum, feracissima existit. Terminatur autem ab ortu Mari Rubro: ab occasu solitudinibus Marmaricæ: à Meridie Rif Regno: à Septentrione Mediterraneo mari. Memphis, Alexandriaque olim erant regiæ ciuitates, ac etiam nunc. sed memphis Cayrus dicitur, estque ciuitas maior omnibus orbis ciuitatibus: Dominata à Sulthano & Mamaluchis fuit, qui ab Imperatore turcarum debellati fuerunt. estque hodie tota regio sub imperio Turcarum. De Nili inundatione & ortu, plura se offerunt dicenda, quæ ob loci paruitatem silentio prætermittuntur. In hac regione Geometria inuēta est, propter diuisionem agrorum. Incolæ ab inundatione Nili fertilitatem & penuriam annonæ prædicūt, Quoniam si Nilus non amplius quàm 12. uel 13. Cubita crescit, penuriam (ut obseruarunt) indicat: si, 15, 16, usque ad 17. augescit; tunc maximam ostendit fertilitatem. Secum Nilus limi copiam ingentem fert ab eo putrefacto, & à calore solis, plura generantur animalia, generi humano noxia, ut Cocodrylus & alia. Omnes hodie huius regionis populi sunt Maumethani. Aer semper serenus existit, & nunquam pluit.

QVARTA APHRICÆ Tabula.

QVarta Aphricæ tabula continet inter iorem Libyam, Aethiopiam quæ sub Aegipto est, & ea quæ interior est cum insulis sibi adiacentibus. Parallelus eius medius rationem habet ad meridianum eandem ferè. Terminatur autem tabula ipsa ab ortu Arabico sinu & Mari Rubro ac sinu Barbarico & parte Indici pelagi: à meridie terra incognita: ab occa u oceano oc cidentali: à septentrione Mauritanijs duabus & Aphrica, ac Cyrenaica, Aegyptoque.

			Maximus dies		Distans ab Alexandria ad		
			H.	m.		H.	m.
Ciuitates insignes	Libye interioris.	Autolalæ	13	30	occasũ	3	20
		Larzitha	12	45	occasũ	3	0
		Thamondocana	13	5	occasũ	2	30
		Gira	13	8	occasũ	1	30
		Garama	13	20	occasũ	1	8
	Aethiopiæ sub Aegypto	Napata	13	15	ortum	0	10
		Meroe	13	0	ortum	0	4
		Ptolemais ferarum	13	0	ortum	0	26
		Adulis	12	40	ortum	0	30
		Dire	12	40	ortum	1	0
		Mosylum	12	30	ortum	1	15
		Aromata.	12	20	ortum	1	30

APHRICÆ ANTIQVIS incognita Noua Tabula,

Vigesima quarta additarum & 39 in ordine.

TOta hęc pars antiquis ignota permãsit, fuitq; à Portugallensibus cognita. Terminatur hæc ab ortu Oceano orientale: ab occasu oceano occidentale: à Meridie oceano meridionale: & à septentrione regno Nubyæ, & meroe Insula. In hac regione continetur imperium presbiteri Ioannis, uel Papæ Ioannis, cuius populi sunt Christiani. Plura alia præter dictum regna extant, quemadmodum ex descriptione Cadamusti & reliquorum habetur Aliqui Populi littoralis situs nullam habent religionem, & plurimum à Draconibus infestantur, quos incantationibus depellunt. sæpe messis tota à locustis comeditur. Auro abundant. in Lunæ montibus, in quibus fontes Nili esse ferũt, maij, & aprilis mense plurimũ pluit, ob idq; inũdatur (ut alijs placet) Nilus. Nicolaus Genus uir Clarißimus Historicorũ & Geographorũ suæ ætatis nulli secũndus & orator facundißimus, totam Aphricam, Asiam, Americam, & Europam descripsit. typisq; deo fauente dabit, cum uniuersali & amplißima historia totius orbis. Insulæ permultæ in hac tabula adnumerantur, quarũ maior est insula. S. Laurentij, sub proprio rege. Mores habitus & exercitia maioris horum populorum partis, parum diffident ab eis, quæ in præcedentibus Tabulis dicta sunt.

TABVLA PRIMA ASIÆ.

Continet hæc tabula Pontum, & Bithyniam & quæ propriè Aſia dicitur ac Lyciam, & Galatiam: Pamphiliam itẽ, Cappadociam & Ciliciam. Parallelus ipſius medius rationẽ habet ad meridianum quam 3, ad, 4. Terminatur autem Tabula ipſa ab ortu Armenia maiori, & parte Syriæ: ab Auſtro mari Carpatio & Lyciaco, Pamphilioq́;, & Anguſtiis Ciliciæ & ſinu Iſsico: ab occaſu mari Thracio, Boſphoro, & Aegeo Pelago, ac Icario & Myrtoo. Ab Artico Pontico mari.

40

TABVLA ASIÆ I.

MYSIA SVPERIOR.
PONTVS EVXINVS.
COLCHIDIS PARS.
THRACIA.
Constatinopolis.
Chalcedo.
Cyanea
Thynias.
Diopolis.
Mariandeni.
Heraclea.
Paphlagonia.
Sinope.
Carambis.
Parteni fl.
Olysa.
Halis fl.
Amisus.
Themyscira.
Thermodo fl.
Iris fl.
Hermonassa.
Pharnacia.
Trapezus.
Moschis. montes.
Eufrates fl.
Cissa fl.
Arcadis.
Bosphorus.
Calpa.
Hippius.
Orminius.
Propontis.
Timonitis.
Therma.
Amasia.
Comana.
Salala.
Nicopolis.
Scordisci mons.
Misya.
Olimpus.
Nicea.
PONTVS ET BITHYNIA.
Dydimi mons.
Dydimus mons.
GALATIA.
CAPADOCIA.
Sestus.
Tenedus.
Ida.
Troas.
Cimeon.
Sangarius fl.
ASIA MINOR.
Troemi.
Tectosagae.
Argeus mons.
Sebastia.
Malucno.
Timnus.
Mysia maior.
Pergamus.
Caicus fl.
Phrigia maior.
Meonia.
Celaeni mons.
Diocaesarea.
Maza.
ARMENIA MINOR.
ARMENIA MAIOR.
Lesbos.
Mitylene.
Thyatira.
LYDIA.
Hermi fl.
Sipylus mons.
Lycaones.
Antiochia.
LICAONIA.
Melas fl.
MARE ÆGEVM.
Chios.
Posidiu.
Smyrna.
Tmolus.
Sardis.
Misotes.
Mimas.
Caistrus fl.
Meandri fl.
Phrigia.
Pisidiae.
Pisidia.
Iconiu.
PAMPHILIA.
Carbalia.
Taurus mons.
Cidnus fl.
Colophon.
Sami.
Euboea.
MARE ICARIVM.
Ephesus.
Mycale.
Cadini.
Licus fl.
Comana.
Amanus mons.
MESOPOTAMIAE PARS.
CARIA.
LICYA.
Icarius.
Andri.
Milatus.
Cragi.
Lelentis.
Cetis.
CILICIA.
Calycadni fl.
Lami fl.
Tarsus.
Sarus fl.
Pyramus fl.
MARE MIRTOV.
Bergialis.
Phenix.
Halicarnassus.
Calbis.
Xanthus fl.
Patara.
Limyrus fl.
Crambusa.
SINVS ISSICVS.
Pylae Amani.
Therasie.
Astipalaea.
Cnidus.
Doris.
Rhodus.
Dolich.
Chelidonie.
Magysta.
Apelbusa.
CYPRI PARS.
SYRIAE PARS.
Seleucia.
MARE CRETICVM.
Cesos.
Carpath.
CRETE PARS.
MARE CARPATHIVM.

Dia Pontus.
Per Bizantiu.
Dia Romes.
Dia Rhodos
Clima sextum.
Clima Quintum.
Clima Quartum.

G 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 G

46 45 44 43 42 41 40 39 38 37 36

			Maximus dies		Distans ab Alexandria ad		
			H.	m.		H.	m.
Ciuitates insignes.	Bithyniæ	Calcedon.	15	15	occasum	0	15
		Nicomedia	14	14	occasum	0	10
		Apamia	15	5	occasum	0	12
		Heraclea Ponti	15	15	occasum	0	4
		Nicæa	15	7	occasum	0	10
	Asiæ propriæ	Cizicus	15	0	occasum	0	15
		Troas Alexandri	15	0	occasum	0	19
		Pergamus	14	55	occasum	0	12
		Smyrna	14	45	occasum	0	8
		Ephesus	14	40	occasum	0	12
		Miletus	14	37	occasum	0	8
		Cnidus	14	30	occasum	0	15
		Sardus	14	45	occasum	0	7
		Magnesia	14	40	occasum	0	7
		Apamia	14	45		0	0
		Cibyra	14	52		0	0
		Mitylenæ	14	57	occasum	0	15
		Chyos	14	45	occasum	0	15
		Rhodos	14	30	occasum	0	7
	Lyciæ.	Pasara	14	40		0	0
		Andriaca	14	30		0	0
		Myra	14	35		0	0
	Galatiæ	Sinope	15	20	ortum	0	15
		Amisus	15	15	ortum	0	20
		Ancira	15	7	ortum	0	10
		Therma	15	7		0	0
		Pessenus	15	0		0	0
	Pamphiliæ	Sada	14	30	ortum	0	12
		Perga	14	35	ortum	0	7
		Aspendus	14	35	ortum	0	8
		Termessus	14	37	ortum	0	7
	Cappadociæ	Trapezus	15	15	ortum	0	40
		Comana Pornica	15	5	ortum	0	29
		Maza q̃ & Cæsarea	14	50	ortum	0	23
	Armeniæ minoris	Comana Cappodociæ	14	45	ortum	0	30
		Melitena	14	50	ortum	0	40
		Nicopolis	15	0	ortum	0	39
		Satala	15	7	ortum	0	39
	Ciliciæ	Selenus	14	30	ortum	0	15
		Pompeiopolis	14	35	ortum	0	29
		Mallos	14	30	ortum	0	33
		Tarsus	14	35	ortum	0	30
		Adana	14	35	ortum	0	31

NATALIÆ NOVA TABVLA,

Vigesimaquinta additarum, & 41. in ordine.

ASIA Tertia Orbis pars maior Europa et Aphrica simul est in plures diuiditur regiones, quæ quidem quemadmodum diuersum habent situm & positionem erga cælum, ita & diuersæ sunt qualitatis: Aliquæ partes ingeniosos, ciuiles, & humanitatem sequentes homines parent: aliquæ autem inciuiles, indociles, et beluas potius quàm homines imitantes producũt. Hæc igitur regio quæ hodie Turchia, & Natalia uocatur, in qua Ptolemæus, Pontum & Bithyniam, Asiam minorem, Lyciam, Galatiam, Pamphiliam, Cappadociam, Armeniam minorem, & Ciliciam adnumerauit; eò quia sub ijsdem ferè parallelis cum Europa existit, ciuiles, Ingeniosos, & insignes Viros priscæ ætati misit. Pergamus enim Patria fuit Galeni, Smirna Homeri, Lycia Procli, Rhodos Hipparchi, et Chios cuiusdam Hippocratis, Cous Hippocratis medicinæ dei. innumerabilesq; Illustres uiri hinc ortum habuerunt, quorum nomina breuitatis gratia silentio prætermittuntur. Troia à qua (ut aiunt) nobilitas Romæ, Italiæque, aliarumúe regionum originem duxit, hic erat. Nunc uerò tota hęc regio sub Turcarum imperio est: populi omnes Maumethi obtẽperantur præceptis, præter aliquos Cappadociæ; qui Christi Dogmatibus obediunt. Regiones omnes proprium non habent nomen, præter Pontum & Bithyniam, quæ Bursia uocatur hodie, & ciuitas eius principalis etiam Bursia. Tam insignis & maxima regio paucis hodie ciuitatibus est insignita, sed Oppidulis, & Villis. homines huius regionis, & totius Turcarum imperij, non agnoscunt nobilitatem, antiquitas sanguinis et familiæ nihil prodest, omnes sunt æquales, & ab Imperatore mancipiorum loco habentur. Prætores missi ab imperatore in prouincijs custodiendis uocantur Beliarbei, ab ijsque annuatim prouinciæ denominatæ sunt. Terminatur Natalia ab ortu Eufrate fluuio: ab Occasu Archipelago: à Meridie Mediterraneo mari: à Septentrione Euxino. Inter populos huius regionis Literæ non habent locum, propterea quòd, dicunt, effeminatos efficere animos & mollescere uires.

SECVNDA ASIÆ TABVLA

ASIAE secūda tabula continet Sarmatiam Asciaticam. Parallelus eius medius rationem habet ad meridianū quā 7. ad 12. Terminatur autem tabula ab ortu Scythia, & parte Caspij maris: ab austro Albania & Iberia & Colchide et parte Euxini ponti: ab occasu palude Mæotide atque Sarmatia Europea: ab Arctis Terra Incognita.

		Maximus dies		Distans ab Alexandria ad ortum	
		Hor.	m.	Hor.	m.
Insigne Sarmatiæ Ciuitates	Hormontssa	15	50	0	20
	Oenanthia	15	45	0	38
	Tanais	17	10	0	29
	Tyrambe	16	6	0	39
	Naubaris	17	15	0	40

TABVLA ASIAE II.

G 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 G

Parallelus 21 per Thylem.

SCYTHAE HYPERBOREI.

Hyperborei montes.

Modocae gentes.

Hippophagi.

Basilici Sarmatæ.

Paral. 20.

Rha fl.

Asæi.

Suardeni.

Rha fl.

Chenides.

Phthirophagi.

SCYTHIAE INTRA IMAVM PARS.

Paral. 19.

Riphæi montes.

Fons Tanais.

Aræ Alexandri.

SARMATIA ASIATICA.

Tanais fl.

NESIOTIS REGIO.

Paral. 18.

Aræ Cæsaris.

SARMATIAE EVROPEÆ PARS.

Perierbidi.

Materi.

Rha fl.

Nauaris.

MITHRIDATIS REGIO

Laxamatæ.

Tanais.

Psessij.

Paral. 17

Melanchlæni.

Sapothrene.

Paniardis.

Straceni.

Hippici montes

Alopetia.

Marubius fl.

Scymnitæ.

Amazones.

Horinei.

Patarua.

MÆOTIS PALVS.

Temeotæ.

Magn' fl.

Surani.

Aroali.

Rha fl.

Rhombit' fl.

Asturicani.

Sacani.

Paral. 16.

per Diariphœos.

Azara.

Thophanius fl. Tyramee.

Ceraunii montes.

Sirbi.

Rhombitus Pannæ fl.

Artchi.

Alexandri columnæ.

Bicis palus.

Tusci.

Diduri.

Cimerium pro.

Tyrambae.

Vlæ.

Isondæ.

Vdon fl.

Conapseni.

Zinchi.

Agoritæ.

Bosphorus.

Olondæ.

Paral. 15.

Gerusa.

Psatis fl.

Diaboriste.

TAVRICA chersonesus.

Bosphorani.

Achaei.

Vardanus fl.

Metibi.

Gerri.

Alonta.

Corocondama.

Psichri.

Burca.

Cercitæ.

Heniochi.

Thessyris.

Corax mons.

Portæ Sarmaticæ.

Pilæ Albaniæ.

Cerceticus sinus.

Corax fl.

Caucasus mons.

IBERIAE PARS.

PONTVS EVXINVS.

COLCHIDIS PARS.

PARS HYRCANI MARIS.

63 62 61 60 59 58 57 56 55 54 53 52 51 50 49 48 47

G 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 G

MOSCOVIÆ NOVA TABVLA

Vigesimasexta additarum, & 43 in ordine.

Continet hæc Tabula Moscouiam,& Tartariæ partem. Moscouiã autem sic nuncupari aiunt à Mosco fluuio,qui per Moscã ciuitatem regiam fluit,& Rha ingreditur. Ptolemæus hanc uocauit regionem Sarmatiam Asiaticam.Terminatur Moscouia ab ortu Nogais Tartaris,Sciambanis, & Zagatis:ab occasu Liuonia,& Lituania:a meridie Tanai Fluuio, & Cambatis Populis, & Rha fluuio Volga hodie: a Septentrione Occano, Scythico, & Lappona regione.hæc plana regio est,paludosa & nemorosa.Frigidior est Lituania Prusia,& Liuonia.mittit omnibus Europæ partibus Pelles nobiles & magni pretij,Ceram & Mel. Proprium habet regem.suntque Christiani. fructiferas arbores nõ producit,præter cerasas.à multis irrigatur fluminibus, ob id piscibus abundat.continentur in ea hæ prouinciæ,Russia alba,Colmogora, Plescouia,Basr da,& Nouogardia.unaquæq; harũ prouinciarũ habet regiam ciuitatẽ nomine prouinciæ appellatam. Regi Moscouiæ subiciuntur aliqui Tartari, quorum mores longe distant à Moscouitarum moribus.Tartari enim Vxorem agnoscunt,filios autem minime.Currubus pro domibus utuntur Corio tectis. Siquis cum uxore alterius coiuerit,rem gratam uiro feeerit,Zelosipya carent. Vescũtur sanguine & carne equorum.in equitando plurimum ualẽt, ac etiam in pugnando,ob celeritatem.Moscouiæ Rex sæpe cum finitimis Tartaris, & Polonis bellũ gerit.

MOSCHOVIA NVOVA TAVOLA.

G 60 65 70 75 80 85 89 G

Laponesa. OCEANO. Lapponi. OCEANVS SCYTHICVS. Dinidna fl. IVHRI. PERMIA. Corelem borg. DERVSRANI. Viborg. suchana fl. CERELI. Vologda. Colmogora. HAHAVEI TARTARI. Flautina. ROSSIA BIANCA. Vstiuga. Iuga fl. VAHVAIZANI. Nouogardia. COLMOGORO R. BASRIDI. Beboceria. VAVSLEZANI. Lanegro. Orda. soma fl. PLESCOVIA. Plescopia. Vgleza. Orda. Laco biancho. MOSCHOVIA. Roslauia. Riualia. Polorco. Pereastauia. Vsczuga. Moscha. Rozam. NOGAI TARTARI. MAR DE LIVONIA. Otozeria. Volo de Maria. Timerda. Versura. Fonte de Neper. Riga. Viesmo. Moscho fl. Orda. Rubeuia. Cologna. Orsa. Smolesero. Roraura. Tanais fl. Vilna. Trochi. Cassan. SCIAMBANI TARTARI. Suuest. Riona. Azon. Tuia. La Volga fl. CABATA. Latana. Orda. PALASTRA. Bosagaz lago. ROSSIA ROSSA. ALANIA. Chabardi. CIRCASSIA. CHIPPICHE. ZAGATAI. Lubuiz. Tanane. Papacomo. Polonixe. Cumania. Oslam. Tarmagno. P. Bo. Lopexo. Saline. Citraca. PALVDE ZABACHE. TARTACOSIA. Cabalca. Cincopa. Lagrozida. Lacupa fl. Cremuch. C. de Croce. Casa. Tifis. Soseti. Matriga. Mairo. Londia fl. Bachan. Soldaia. Zichia. CVRIAPAZOR. MAR DE BACHAN. Zembano. Anogazia. Aluati. Derbent. MAR MAZOR.

Tutti questi Tartari Septentrionali non hanno habitatione alcuna, saluo che portano con loro cari coperti di corame in loco di case.

G 60 65 70 75 80 85 89 G

TERTIA ASIÆ TABVLA

Tertia Asiæ tabula continet Colchidem Iberiam, Albaniam, & Armeniam maiorem. Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum quam undecim ad quindecim. Terminatur autem tabula ipsa ab ortu parte Caspij maris, & parte Mediæ. ab occasu Cappadocia, & parte Euxini ponti. A meridie Assiria & Mesopotamia. ab Arctis Sarmatia Asiatica.

			Maximus dies		Distans ab Alexandria ad ortum	
			H.	m.	H.	m.
Ciuitates insignes	Colchidis	Dioscuria	15	45	0	43
		Phasis	15	29	0	50
	Iberiæ	Artanissa	15	40	1	0
		Armactica	15	29	1	0
	Albaniæ	Gætara	15	30	1	19
		Albana	15	30	1	26
	Armeniæ maioris	Artaxata	15	10	1	20
		Armauria	15	14	1	6
		Thospia	15	52	1	ferè
		Artemita	14	50	1	14

QVARTA ASIÆ TABVLA.

Quarta Asiæ Tabula continet Cyprum, Syriam, Palestinam, Arabiam duplicem, Mesopotamiam, & Babiloniam. Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum quam, 5. ad 6. Terminatur autem tabula ipsa, ab ortu Assyria, & Susiana & parte sinus Persici: Ab austro parte eiusdem Persici sinus, felici Arabia & interiori parte Sinus Arabici, ab occasu parte Aegypti, & mari Aegyptio Syriaco atque Pamphilio, ac Issico sinu & Cilicia: ab arctis Angustijs Ciliciæ & parte Cappadociæ & maioris Armeniæ.

Annotatio

Gradus latitudinis huius tabulæ errati sunt, quoniam non à 39. uersus meridiem, sed a. 29. incipere debent. & ubi 40. 30. signandi sunt, & sic deinceps ad finem usque.

TABVLA ASIAE IIII

ARMENIÆ MINORIS PARS.
ARMENIA MAIOR.
Amanus mons.
Pamphiliæ pars.
Cilitiæ pars.
Comagena.
Semosata.
Anthemusia.
Chalcitis.
Edessa.
Mast? mons.
Nisibis.
Antiochia.
Cirrestica.
Eufrates.
MESOPO TA MIA.
Pieria.
Alexandria.
Hierapolis.
Charræ.
Lambana.
Carpasiæ insule.
Carpasia.
Pedeus.
Salaminia.
CYPRVS.
Clides.
Seleucia.
Salamis.
Myriandrus.
Singas.
Singaras mons.
Seleucia.
Niceforiu.
Ingene.
Pieria mons.
Antiochia.
SYRIA.
Laodicia.
Casiotis.
Aradus.
Casius.
Apamena.
Oron fl.
Chalcidice.
Palmyrina.
Eufrates fl.
Babylon.
Apamia.
Tripolis.
Eleuter fl.
Libanisimos.
Byblus.
Laodicia.
Palmyra fl.
Assadam? mons.
Cauchabeni.
Æsite.
Agamana.
BABYLONIA.
Berit?
Adonis.
Antilibanus.
Leo fl.
Maarsares fl.
Basilius fl.
Sidon.
Phoenici.
Damasc?
Orchoe.
ARABIA DESERTA.
Tyr?
Cesarea Paniæ.
Ptolemais.
Sabe.
Rhegana.
MARE SYRIACVM.
Carmelus.
Iordanis fl.
Cesarea Stratonis.
Corseus fl.
Galilea.
Hip? mos.
Loppe.
Samaria.
Azotus.
Ierosolyma.
Bostra.
Masani.
Montana Babyloniæ.
Erupa.
Chiriphe.
Eufrates fl.
Pelusiu.
Idumea.
Philadelphia.
Ratheni.
Luma.
Teredon.
Medana.
Senia.
Sora.
Orcheni.
SINVS MESANITES.
Melanes seu nigri mõtes.
Petra.
Ammea.
Montana Arabiæ Felicis.
Idicara.
SINVS PERSICVS.
Montana Arabiæ Felicis.
ARABIÆ FELICIS PARS.
Iucara.
SINVS ARABICVS.

Quartum.
Paral. 10.
Diarhod.
Clima
Tertiũ.
Paral. 8.
Clima

G 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 G

			Maximus dies		Distans ab Alexãdria uersus ortũ	
			H.	m.	H.	m.
Ciuitates insignes	Cipri.	Paphus	14	26	0	15
		Amanthus	14	25	0	22
		Salamis	14	29	0	27
	Syriæ	Laodicia	14	26	0	34
		Hierapolis	14	31	0	44
		Apamia	14	26	0	40
		Palmyra	14	15	0	51
		Heliopolis	14	15	0	34
		Panais Cæsarea	14	15	0	29
		Damascus	14	15	0	37
	Palestinæ	Cesarea stratonis	14	12	0	26
		Ascalon	14	8	0	20
		Neapolis	14	8	0	28
		Hierosolyma	14	8	0	24
	Arabiæ petreæ	Petra	14	0	0	27
		Medaba	14	1	0	34
		Bostra	14	8	0	39
	Mesopotamiæ	Edessa	14	40	0	50
		Nisibis	14	40	1	0
		Nicephorium	14	26	0	54
		Lambana	14	30	1	10
		Seleucia	14	29	1	15
		Babylon	14	25	1	15
	Babiloniæ	Barsita	14	20	1	3
		Orchoa	14	14	1	3
		Teredoni	14	5	1	20

SYRIÆ, ET TERRÆ Sanctæ noua Tabula,

Vigesimaseptima additarum, & 46. in ordine.

